



# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007


Blue      Cyan      Green      Yellow      Red      Magenta      White      3/Color      Black


ANTICHI

SETTE

A

1/2





R E G U L Æ  
ET CONSTITUTIONES  
Congregationis Clericorum  
Excalceatorum SS. Crucis,  
& Passionis Dñi Nostri  
JESU CHRISTI

*A fel. rec.*

B E N E D I C T O X I V .

In forma specifica primo  
approbatæ ,

*Deinde a rec. mem.*

C L E M E N T E X I V .

ET NOVISSIME

*A S S ão D ñ o N o s t r o*

P A P A P I O VI .

Cum appositis interjectionibus  
in eadem forma confirmatæ .

*et cetera*

R O M Æ M D C C L X X V .

Ex Typographia Rev. C. A.

Superiorum facultate .

ANTICHI

SEN.

A

1

ARTE CAVALLERIA  
ET CAVALCHONI  
Cavalcioni

Verbum Crucis pereuntibus qui  
dem stultitia est : iis autem ,  
qui salvi sumi , idest nobis ,  
Dei virtus est . 1. Corinth.  
c. I. v. 18.





Prædicamus  
Crucifixum

Christum  
Corinth. v. 11. 22.



# REGULÆ

B T

## CONSTITUTIONES

*Congregationis Clericorum Ex-  
calceatorum SSmæ Crucis,  
& Passionis Domini No-  
stri Jesu Christi.*

### C A P. I.



ÆC Congrega-  
tio eundem si-  
nem habet, ac  
omnis Christianus,  
& ille po-  
tior esse debet

cujuisque Clerici implendi ex-  
æte præcepta divinæ Legis, tum  
evangelica consilia quomodo  
singulorum vires sinunt, & exi-  
git proprius Status. Proinde hu-  
jus pauperis, ac minimæ Con-  
gregationis aëclæ debent po-  
tissimum sibi consulere, atque

A 3 ad

Regule & Conſt.

ad id contendere , quomodo his  
Constitutionibus præscribetur .  
Deinde naviter obire officia  
charitatis erga proximos , ea  
prudenter , ac sedulō præstan-  
tes , quæ pro loco , & tempore  
fieri oportebit ad maiorem Dei  
gloriam , ac proprii profectus  
spiritualis incrementum , quæ  
duo nunquam a mente , & cor-  
de debent excidere . Quemad-  
modum vero una ex præcipuis  
nostræ Congregationis partibus  
est ; non solum orare pro no-  
bis ipsis , ut Deo per charita-  
tem uniamur , verum etiam  
proximos nostros eò ducere , il-  
los docentes opportuniori , ac  
faciliiori modo , quo fieri pote-  
rit ; propterea Sodales , qui ad  
tantum opus apti censebuntur  
tam in Missionibus Apostolicis ,  
quam in aliis piis exercitatio-  
nibus , curabunt vivâ voce Po-  
pulos instruere ad religiosam  
me-

*Cong. Cruc. & Paſſ.* 7

meditationem Mysteriorum ,  
cruciatum , & mortis Domini  
Noſtri Iefu Christi , a quo ve-  
lut a fonte , omne bonum no-  
ſtrum procedit . Hoc fieri pote-  
rit poſt habitam concionem in  
Missionibus , vel alio opportu-  
niori loco , & tempore ; prae-  
pue in Sedibus Confessionali-  
bus , aliisque occaſionibus , quæ  
ſeſe offerent . Ea ſiquidem pro-  
ficia , ac ſalubris cogitatio ef-  
ficacissima eft ad abſtrahendos  
humanos animos ab iniuitate ,  
ducendosque ad christianam per-  
fectionem , quo tendimus .

## C A P. II.

*De Locis , ubi fundandæ ſunt  
Domus Congregationis .*

**R**eligiosi Recessus Domus  
fundabuntur in locis re-  
motis aptiori , ac meliori mo-  
do , quo fieri poterit , eruntque

**S.** *Regulæ & Const.*

omnes pauperes ex præscripto  
Constitutionum . Una , aut plu-  
res in eadem Diæcesi fundari  
poterunt justo distantes spatio  
pro arbitrio , atque prudentia  
Ordinarii Loci , & Superioris  
Congregationis , qui debita-  
cum reverentia , ac demissione  
obsequi illi curabit .

**C A P. III.**

*De forma , atque conditione  
Ecclesiae , & Domus  
Recessus .*

**E**cclæsia erit mediocri ami-  
plitudine . Omnia in ea  
sint munda , decenter disposita ,  
& sacri Loci decori congruen-  
tia . Cellæ Dormitorii tum lon-  
gitudinis , tum latitudinis duo-  
decim palmorum mensuram  
non excedant . Dormitorium  
vero intra octo palmorum lati-  
tudinem concludatur . Offici-  
næ

me pro numero Fratrum , item  
Triclinium . Totum vero Aſſiſ-  
ſiūm cum membris paupertati-  
tem referent , & religiosam  
decentiam . Si autem aliqua Ec-  
clesia , vel Domus offeratur  
jam extorta recipi poterit , et si  
a prædictis differat . Domicilia  
in Locis remotis conſtruuntur ,  
ut pii Sodales post Apostolicos  
labores pro divina gloria , &  
Animarum ſalute obitos procul  
ab hominum frequentia , & ſe-  
culari ſtrepitu ſecendant ſoli in-  
tentи bono Spiritus , orationi-  
bus , jejuniis , & aliis pii exer-  
citionibus , quibus magis ,  
magisque divino amore inflan-  
menetur , auctique christianis  
virtutibus paratores , atque ex-  
peditiores inde fiant ad ubetes  
divini verbi per ipſos ſpargendi  
fructus colligendos , pro viri-  
bus pietatis cultua , gratiam-  
que memoriam , & veneratio-

A ſ nem  
eudin

10 Regulae & Const.  
nein erga Christi Domini Pas-  
sionem , & mortein ubique pro-  
moventes .

## C A P. IV.

*De servandis antequam quis  
Congregationi adscribatur .*

**A**ntequam Congregationi  
quisquam adscribatur pri-  
mum expendat , an a Deo ad  
hoc vitæ genus vocetur , idque  
mature faciat orationibus , je-  
juniis , & Sacramentorum fre-  
quentia . Abstractus negotiis  
Seculi consilium sui Confessa-  
rii , aut spiritualis vitæ Magi-  
stri , & aliorum etiam , quos  
ipse opportunos tantæ rei judi-  
cabit , exposcat , inquirat , &  
inspiciat , an revera paratus sit  
pro Dei gloria , sua , & aliorum  
salute multa pati , irriteri , con-  
temni , ærumnas , & vexatio-  
nes libenter ferre . De his om-  
nibus

*Cong. Cruc. & Paſſ.* **ix**  
nibus potissime a Supremo Con-  
gregationis Præſide , vel Pro-  
vinciæ interrogabitur . Quod  
ſi ipli hoc agere nequierint ,  
alium prudenter deſignabunt ,  
qui ſuas partes expleat . His  
peractis res dōmesticas compo-  
nat , debitā perſolvat , alia  
omnia explenda impleat , ne ul-  
lo retardetur obice .

### **C A P. V.**

#### *De Veſtitu Fratrum .*

**V**estitus Fratrum una erit  
Tunica Nigra rudi pan-  
no ex vulgari lana confecta ,  
unum item ejusdem coloris , &  
materiæ Pallium , quod genu at-  
tinget : utraque autem veftis  
Collare , ut vocant , habebit  
iſtar Clericorum Regularium .  
Itemque Clericalem Tonfuram  
gerent juxta formam a Conci-  
lio Palentino definitam , ſervat-

12 Regulae & Conf.  
to Ordinum discrimine. Hyema-  
li tempore , accedente Superio-  
ris facultate , uti etiam poterunt  
alia parva interiore Tunica la-  
nea . Superiorem autem Tuni-  
cam cingent Zona pellicea . Si-  
nistræ Tunicæ parti , itemque  
Pallio assutum erit Sanctissimum  
Nomen Jesu Christi cum titulo  
salutiferæ Passionis ejus expres-  
sum in parva figura Cordis , lit-  
teris albis , cui superne acce-  
det parva Crux item alba . Hoc  
salutis signum Fratres non ge-  
rent , nisi post expletum proba-  
tionis annum . Laici vero ad  
discrimen Clericorum , & Sa-  
cerdotum hoc signum salutis fe-  
rent in Tunica tantam , & non  
in Pallio . Fratres excalceati in-  
cedant sandaliis dumtaxat con-  
tent ; paupere pileo caput te-  
gant . Domi Birreto vulgo Ber-  
restino Sodales omnes utentur,  
paupere , modesto , & religio-

fo. Sacerdotes vero, & Clerici adhibebant Ecclesiasticum Birretum vulgo *Berretta da Prete*. In Ecclesia detecto maneant capite, birretum nihilominus nisi permittitur, qui calvi fuerint, vel infirimi. Sub Tunica gerant lanceum humerale, & fæmoralia ex vulgari tela; ad sudorem vero temperandum, & abitterendum dum Apostolicis ministeriis dant operam, vel iter habent, humerali linea uti poterunt?

## C A P. VI.

*De his, que fieri debent, antequam Novitii recipiantur.*

**I**N Congregationem recipiendi exhibere debeant authentica documenta non solum de suscepto sacro Baptismate, verum etiam de vita recte instituta, bonis moribus, & de con-

*gruen-*

gruenti litterarum studio si fuerit Clericus : docere quoque debeant de statu libero , bona fama ; nec esse de crimine aliquo in judicio postulatos , sine quibus Testimoniis in Archivio domus Probationis servandis nemo etiamsi alias fuerit cognitus , admittetur . Liberum praeterea erit Praesidibus alia , quæ opportuna censemebunt testimonia exigere . In eodem Archivio collocabuntur , & aliæ domus scripturæ , extabuntque duo libri præcipui , in quorum altero recensemebunt nomina , & cognomina , ac Patriæ eorum , qui Ordini nostro adscribentur cum die Vestitionis ; in altero vero adnotabitur dies Professionis eorumdem Novitiorum ad normam Apostolicarum Constitutionum . Nemo cætui adscribetur , qui vigintiquinque annorum ætatem excederit , neque

que qui habitum alterius Instituti aliquando suscepit ; dummodo talis non fuerit , qui spe-  
ctatæ virtutis causa ea lege Col-  
vi mereatur ; id tamen non fiat  
sine peculiari approbatione Su-  
premi Præsidis , a quo qui sic  
recipiendi sunt scripto expressa  
testificatione approbari debent.  
Extra hujusmodi causam , ado-  
lescentes fere in Sodalitium ad-  
mittentur ; hi enim facilius di-  
riguntur , assuecant Instituti  
motibus , formanturque ex præ-  
scripto Constitutionum nostrarum , & Regulæ . Novitiorum  
receptio a Provinciali facienda  
non excedet numerum , qui po-  
terit singulis annis a Supremo  
Præside limitari . Secundo im-  
pertitus suffragio , antequam  
religioso induatur habitu , ali-  
quandiu Superiorum , & Senio-  
rum domus Probationis prudens-  
tia & arbitrio inter nostros  
suis

16 *Regule & Conf.*

suis amictus vestibus commora-  
bitur . Interea vero illa pera-  
gat , quæ alii facere consueve-  
runt . Probetur etiam eo tem-  
pore exercitatione actuum hu-  
miliū . Pelvis lavet , Coqui-  
næ inserviat , domum verrat ,  
christianæ demissionis , & pa-  
tientiæ argumenta præbeat . Ob-  
id reprehendetur publice , præ-  
fertim in Triclinio , humili ali-  
quando manducabit , aliaque  
jussu Præsidum exequetur humili-  
tatis , & afflictionis opera , ex  
quibus facile dignoscatur , an  
revera amet sui contemptum ,  
an sibi , ac mundo mortuus sit ,  
ut soli Deo , & in Deo , ac  
per Deum vivat , vitam suam  
libenter abscondens in Christo ,  
qui propter nos opprobrium  
hominum fieri voluit , & abje-  
ctio plebis , absolutissimum vir-  
tutum omnium præbens exem-  
plum . Nulla personæ cujusque  
cen-

conditionis habeatur ratio. Qui nobili ortus est genere accuratiore, ac diuturniore experimento probetur: probationi tamen benigna charitas, & æqua prudentia nunquam desit. His feliciter expletis, Capitulum cogetur, in quo quisquam suum libere suffragium edet, indicabitque, an qui adscisci in Congregationem postulat, admittendus, vel excludendus sit: approbatus, & receptus per dies decem exercitationibus sacris, & piis meditationibus operam dabit, quibus magis, magisque instructus, ac Deo conjunctus, peragendo sui Sacrificio fiat aptior.

is Regulae & Cost:

C A P. VII.

*De rite vestiendi Fratres  
Congregationis.*

**T**Niverso Religiosorum cę-  
tu in Ecclesia coacto, pro-  
cedat qui religioso habitu ve-  
stiendus est suo indutus amictu.  
Loci Præses sermonem habe-  
bit, quo illum alacriter que-  
que pro Christo perferenda ad-  
hortabitur, aperiens quam in-  
gens sit ille bonorum omnium  
perpetuorum thesaurus, quem  
veris Sectatoribus suis Christus  
impertitur. Ritu consueto S.  
Matris Ecclesiae super Tunicam  
bene precatus Novitium præ-  
sentem eā induet; subinde ejus  
humoris crucem, capiti spineam  
coronam imponet, pro actio-  
num discrimine pronuntians ::  
*Accipe Frater charissime Cru-  
cem Domini Nostri Iesu Chri-  
sti,*

ssi , abnega temetipsum , ut habeas partem cum illo in vitam aeternam :: Amen :: Accipe Frater charissime spineam coronam Christi Domini , humilia temetipsum sub potenti manu Dei , & esto subjectus omni Creatura propter Deum . Expletâ functione Praeses , & Fratres ad signum pacis Novitium excipient , hilariq[ue] vultu ad constanter , latoque animo Christi Crucem ferendam inflammarunt . Postea in Cubiculo depositis interioribus secularibus indumentis , laneum humurale , & s[an]ctoralia assumet .

### C A P. VIII.

*De electione , & munere Magistri Novitorum .*

**N**ovitorum Magister a primo Praeside Congregationis , vel a Provinciali , & suis

## 20 Regul.e &amp; Conſt.

suis Consultoribus in unaquaque Provincia de consensu priui Præfidis eligatur quotiescumque extra Capitulum alius sit destinandus, qui decem saltem annos ab emissa Professione cum laude in Congregatione vixerit, & in quinto saltem supra trigeminum ætatis suæ anno sit constitutus. Scientia rerum spiritualium, prudentia, & charitate præstet, ut par tanto muneri habeatur. Novitios nostris moribus, & institutis informet, orare doceat, fallacesque Dæmonum artes, & pericula appetiat, ut tuto, & expedite Deo famulentur. Modeste, caute, pie, sapienterque se gerat, charitatem in omnibus præferat, potissime vero ubi de illorum correctione, & animadversione agitur. Errantes mansuete, prudenterque moneat, ac suaviter pro culpæ modo puniat;

hoc

hoc enim temperamento errantes ad emendationem facile trahet, defectibusque pena non deerit. Sui demum veneracionem, ac judicii aequitatem servabit. Exactam Instituti notitiam iis, quos erudiendos suscepit, diligenter tradat, spiritum Congregationis patefaciat finem inculcat, ut eadem Novitii incedentes via, illa & ipsi sancte praestent, quæ alii, qui Professionem emiserunt, excequuntur. Orationis frequentiam, religiosarum virtutum exercitationem assiduam, suique contemptum potissime suadeat. Curet, ut proprios quisque defecstus, & culpas publice in Triclinio enunciet. Opportune illos corrigat, reprehendat, deprimat, humilitati assuefcere moneat, humiliibus, ac vilibus ministeriis sœpenumero addicat, ut sui viatores pravis cupi-

22 Regula & Conf.  
cupiditatibus, & desideriis obſi-  
ſtant. Omnia vero prudenter,  
ſuaviterque Magiſter jabeat,  
nec tam verbo, quam exem-  
pli Discipulos etudiat, ducat,  
ac informet: externam quoque  
modestiam privatim, ac publi-  
ce illos ſervare, oculos, lin-  
guam, alioſque ſenſus fræna-  
re doceat, quo facilius inter-  
nam animi tranquilitatem obti-  
neant, exutique affectibus pra-  
vis mentem liberam ad ſubli-  
mia, & divina erigant: Iesu  
Christi virtutes exprimant, &  
eius vivant ſpiritu. Extra tem-  
pus præscriptum Novitii non  
colloquuntur. Eos cum aliis col-  
loquia habere non ſinat Magiſter,  
multo minus cum homi-  
nibus ſecularibus etiam Con-  
ſanguineis. Hoc autem iuſta  
poſcente cauſa, ipſe, vel Coad-  
jutor præſens interſit, ut mode-  
ſte, cauteque ſe gerant, nec  
diu-

diutius, quam par fuerit, distrahantur. Peracto paucis officio, statim recedant, colligantque in Deum spiritum. Curet Magister, ut Novitiorum opera recto, sanctoque fiant spiritu; pio cordis fervori nunquam desit integra mentis intentio, ita vero omnia praestent, ut Deum presentem habere meminerint, eique dumtaxat sincero animo placere studeant. Omnem autem curam Magister adhibeat, ut illi dirigantur secundum spiritum vocationis, cum exploratum sit, ex recta educatione Novitiorum pendere bonum totius Congregationis. Proinde quo facilius id obtineat, suis diffusis viribus spem totam in Deo constituat, ab ipso inmen opportunum suis precibus poscat, quæque in aliis optat virtutum exempla, suis ipse moribus exprime

primit . A Novitiis sine necessitate litteras scribi non permit-  
tat , caveatque , ne quid alienum , aut noxiun pio Insti-  
tuto fiat . Director Novitiorum ,  
sive Coadjutor ter , vel quater  
in hebdomada , antequam hora  
Sexta in Choro recitetur , exa-  
men purgativum , vel instructi-  
vum instituet , prout utilius cen-  
sebit spirituali eorumdem pro-  
fectui . Aliis diebus quisque exa-  
men peculiare in Cubiculo pe-  
ragat ante lectionem spiritua-  
lem . Quotidie post communem  
lectionem Director , vel Coad-  
jutor processionem religiosam  
cum Novitiis faciat intra septa  
Domicili , recitentque alterna-  
tim tertiam Rosarii partem . Sta-  
tuto item tempore divinissimum  
Eucharistiae Sacramentum invi-  
san , prescriptasque preces an-  
te ipsum recitent . Post hac ani-  
mi relaxandi causa cum Dice-  
ctore ,

store , vel Coadjutore egrediantur in apertum acrem . Quod si temporis , aut loci conditio id non permiserit , alio modo prudenti illius arbitrio honesto levamento consulatur , ita tamen , ut semper de rebus utilibus agatur , & quæ a religione , & pietate mentem non distrahant . Quoniam vero Probationis anno Novitii peculiari studio in spiritus perfectionem incumbunt , die quolibet post matutinam orationem , & Missam , vespere autem post recitatum Rosarium fiat per dimidium saltem horæ explicatio alicujus libri sacri , præcipue novi Testamenti , ex qua Novitii ipsi piam aliquam meditationem , vel animadversionem eliciant , alio tempore , quod consuetis exercitationibus supererit , cellæ secessu gaudebunt ad Rectoris , vel Directoris ar-

## 26 Regule &amp; Conf.

bitrium . Director præcipuam curam habebit solandi , & adjuvandi eos , qui mæstitia , temptationibus , aut scrupulis labo- rant , congruens illis levamen- tum tribuens . Charitate , at- que prudentia hac in parte po- tissime præster , lætumque , at- que serenum vultum ostendat , ut interno vexati malo arcana cor- dis facilius detegant , pacatique opportuno remedio alacriores cæptum perfectionis iter profe- quantur . Novitii prompte , ac libenter Directori obedient , ni- hil sine illius permisso , ac be- nedictione faciant , neque do- mo egrediantur ; nihil illum- celent , tributa sibi a Deo inter orandum lumina , & pia animi sensa candide enarrent . Diabo- li etiam tentationes aperiant , afflictionem , mæstorem , tax- dium rerum spiritualium , & ariditatem significant ; defectus de-

demum proprios fideliter, &  
exactè patetaciant, ab omni ex-  
cusatione, & sui amore abhor-  
rentes. Caveant ne hac in par-  
te quomodolibet suo debito de-  
sint, ne a christianæ virtutis  
hoste decepti amittant pacem,  
& tranquillitatem cordis, reli-  
giosæ vitæ tædio afficiantur,  
tandemque sua præ culpa suscep-  
trum Institutum deserant: quod  
Deus permittere solet in pœnam  
superbiæ, & negligentiæ, qua  
intimas occultantes plagas op-  
portuno remedio, & auxilio  
destituti decidunt. Contra, Fi-  
deles, & cautos Deus, qui su-  
perbis resilit, & humilibus dat  
gratiam, nequaquam deseret,  
imo suis donis multipliciter au-  
gebit; pacem ipsi habebunt,  
virtutibus florebunt maximis;  
ac tandem divina fulti ope veræ  
sanctitatis perfectionem alle-  
quentur. In unaquaque Provin-

cia constituetur domus pro Ty-  
rocinio , ejusque designatio ad  
Præpositum Generalem , ejus-  
que Consultores pertinebit .

## C A P. I X.

*De probatione Novisiorum .*

**I**ntegro Novitii probentur  
anno , quo expleto profi-  
tebuntur vota simplicia obedien-  
tiae , voluntarie paupertatis ,  
& castitatis : his addetur quar-  
tum , promovendi nimiriū  
apud Christifideles memoriam ,  
& cultum vivificæ Passionis ,  
& mortis Domini Nostri Jesu  
Christi , eodemque tempore  
tribuetur illis Signum venera-  
bile , de quo Capite quinto  
actum est . Si quis autem ex Fra-  
tribus professis gravi laborans  
defectu inemendabilis deprehen-  
datur , talisque habeatur , qui  
sibi , & aliis noxijs , publicam

pacem turbare possit, totique Congregationi notam inferre, liberum sit Præsidibus illum ejuscere ad præscriptum Constitutionis sel. rec. Clementis XIV. *Supremi Apostolatus*: ne ovis morbosa, & medelam respuens cæteras inficiat. Alii autem rite professi è Congregatione quovis prætextu discedere ultra nequeant.

**C A P. X.**

*De admittendis ad professionem  
Votorum simplicium.*

**A**ntequam religiosam professionem Novitus emitat, exæcto expendetur examine, an constantem voluntatem habeat acquirendi pro viribus christianam perfectionem ad nostrarum Constitutionum præscriptum, & normam. Tolerabitur si quandoque aliquem

*B 3 de-*

30 Regulae & Const.  
defectum præstulerit , dum-  
modo indicium pravi , vel le-  
vis animi , aut pervicacis in-  
dolis non ostendat , atque emen-  
dationi sedulo studuerit . At si  
scandalosum crimen admiserit ,  
expelletur omnino . Ejiciendi  
quoque sunt a cœtu , qui incu-  
rabiliter laborant morbo , cujus  
causa nequeunt Constitutiones  
servari ; quare debebunt No-  
vitii quascunquie Corporis ac-  
cultas affectiones pravas , ac la-  
bes detegere . Nulla proinde  
habebitur ejus professio , qui  
gravem aliquem morbum insa-  
nabilem celaverit , cum aper-  
tus Congregationis animus , &  
constans propositum sit , Novi-  
tios hujusmodi in suorum nu-  
merum minime adscribere , imo  
detecto morbo , etiam post pro-  
fessionem editam expellere .

CAP.

C A P. XI.

*De ritu profitendi Vota simplicia.*

**P**rofessurus Vota simplicia comprobari antea debet secretis , liberisque suffragiis non solum Superioris solitariæ domus Probationis , verum etiam totius Capituli localis constantis ex Sacerdotibus , aliisque Fratribus professis in Ordine Sacro constitutis , exclusis semper Laicis , item Professis , qui suffragandi jure carent . Duæ ex tribus suffragantium partibus canonicanam approbationem efficient ; riteque comprobatus religiosa Vota proficitur . Pro Institutu more præcipuo profitentis humeris Crux imponitur , spinea corona capiti , & signum venerabile Nomen Jesu exhibens affigitur ante pectus . Dum hæc aguntur ,

32      *Regulae & Cons.*

Sacerdos Passionem Domini ex S. Joannis Evangelio meditate recitabit , pronuntians autem verba :: *emisit Spiritum* :: Novitus ex formula inferius ad calcem Capituli apposita profitebitur Vota obedientiae , paupertatis voluntariae , & castitatis ; pollicebitur etiam , se pro viribus apud Christifideles promoturum memoriae , & cultum Passionis , & mortis Iesu Christi Domini Nostri , modo in Constitutionibus expresso , ritumque claudet sacra processo per Ecclesiam , cantantibus interea Fratribus gravi , ac demissa voce Psalmum :: *Laudate Dominum de Celis* :: Professionem autem Novitii emittant ante Praesidem Generalem , vel Provincialem , aut alium ex alterutrius mandato . Ego N.N. voveo , & promitto vero , & promissione simplici Deo Omnipot-

Cong. Cruc. & Paſſ. 33  
nipotenti, Beatae Mariæ ſemper  
Virgini, totique Curiae cele-  
ſti, ac Tibi Pater, Pauper-  
tatem, Caſtitatem, & Obe-  
dientiam, inſuper & ſtudium  
promovendi pro viribus in Fi-  
delium cordibus devotionem.  
Dominice Paſſionis juxta Re-  
gulas, & Conſtitutiones Con-  
gregationis Clericorum Excal-  
tearum S.S. Crucis, & Paſ-  
ſionis Domini Noſtri Ieſu Chi-  
ſti. Amen.

## C A P. XII.

*De modo implendi Vota, & primo  
de Obedientia.*

**O**bedientia eſt velut lapis  
fundamentalis totius per-  
fectionis, ac verus obediens,  
Salomone teſte *Prov. 21. v. 23. 12*  
loquetur victoriam :: Curent  
itaque hujus minimæ Congre-  
gationis Fratres, ut illam non  
B 5 ore

ore tantum , sed & factis san-  
cte exprimant . Sit ipsorum  
Obedientia cæca , omnes de se  
demissæ sentiant , despici ament ,  
& studeant , ut facilius perfe-  
ctionem religiosam alsequantur .  
Jussi obediant prompte , simpli-  
citer , libenter . Quovis modo  
ad ministeria , vel officia voca-  
ti ; advolent ; litteras alicui non  
scribant Superiore inscio , scri-  
ptæ ejusdem permitta , ab ipso  
muniantur sigillo ; acceptæ ad  
eum deferantur , liberumque  
sit illas legere , & quibus missis  
sunt tradere ; Litteras pro Ani-  
marum regimine scriptas ad  
eos , qui Apostolicas Missiones  
obeunt non legat sine necessita-  
te , vel justa , probataque de  
causa . Quæ autem ad majores  
Superiores pertinent , litteras tum  
ab ipsis , tum ad ipsos scriptas  
nemini , qui in eosdem juridi-  
ctione careat legere , aut reti-  
nere

nere liceat , quin imo Loci Præses coram Fratribus , a quibus exhibentur sigillo munire teneatur , libertumque sit cuique etiam occulte ad illos scribere . Si autem hujusmodi sanctionem violare , aut libertatem hanc impedire quomodolibet attenteraverit ab officio deponatur . Cibo , potuque in communi Mensa accepto sint contenti , aliis extra illam sine Præsidis permisso Fratres prorsus abstineant ; quo liberius quisque cupiditatibus indulget , eo arctius , atque molestius torquebitur : suo vivens arbitrio pacem non habebit . Loci Rector suavi charitate Fratres regere procuret , & tractet , nec difficultatem se præbeat in rebus justis & honestis . Obedientiæ Votum , quod nostri emittunt , complectitur primo Pontificem Maximum , deinde Congrega-

36      *Regule Constit.*

tionis Præsides jurisdictione, præditos, Præpositum scilicet Generalem, & Provincialem, atque domus Rectorem, nec non alium quemcumque Superiorum ab eodem Præposito Generali, vel Provinciali delegatum. Peculiariter ceteroquin officiosa observantia, humiliisque demissione Episcopos, & Ordinarios prosequentur, in quorum Diæcesibus domus nostræ existunt, eisque pie, ac reverenter obsequi studebunt in iis, quæ ad bonum creditarum sibi Animarum pertinent, adeo ut cum iidem nostrorum operam ex Instituti nostri more requisiexint, Generalis, vel Provincialis Præses, quos idoneos judicaverit, Operarios mittere curet.

CAP.

C A P. X I I I.

*De Paupertate.*

**P**Aupertas est vexillum, sub  
qua universa militat Cong-  
gregatio, nunquam proinde  
ex vi Voti licebit bona stabilia  
quocumque titulo possidere, præ-  
terquam adnexos fundos Horti,  
ac etiam Prati, & Silvæ pro  
domestico usu, & eorumdem  
fundorum cultura; qui vero su-  
pererunt fructus numquam ven-  
dantur; neque alios certos, sta-  
bilesque redditus communes,  
aut particulares habere, nisi  
ad normam Apostolicæ Consti-  
tutionis: *Supremi Apostola-*  
*tus:* unicuique vero Sodaliū  
fas erit regressum sibi reservare  
ad propria bona, in casu, quo  
juxta præfatam Apostolicam  
Constitutionem nobis speciali-  
ter attributam a suscepto Con-  
gre-

gregationis Instituto ad secularem conditionem revertantur, adeoque antequam vota simplicia emittant, bonorum, quæ in Seculo possident, usumfrumentum renuntiabunt in favorem alicujus Consanguinei, vel Affinis, vel alterius cuiuspiam personæ prout pietas, & charitas suggererit. Præterea si interim dum in Congregatione permanent de vita migraverint, tunc illis, ad quos de jure spectabit, dicta bona, & jura omnimode, & absque testamentaria dispositione, vel alia declaratione assignata, attributa, ac dimissa censebuntur. Ex via autem Regulæ te nulla præcipua, Fratrum Cubicula sint instructa, nec in illis fas sit, nisi necessaria cum licentia Superioris retinere. Nemini vero, ne ipsis quidem Præsidibus licebit habere in ipso Cubiculo excusamenta,

lenta, & poculenta cujuscumque generis, sed pro his locus aptus deputetur clavi obsignatus, ut Superior, vel alius ab eo designandus possit necessitatibus Fratrum subvenire. Stipem ostiatim Fratres ordinarie non querant; tempore autem missis, vindemiæ, expressionis olei, & collectionis leguminum, quæ opus sunt, querere liceat in propria Diœcesi, ac in aliis de consensu Episcopi, vel Ordinarii. De aliis autem rebus Collectæ non habeantur, nisi de licentia Præpositi Generalis, vel Provincialis. Nummi, qui pro Ecclesia, Missarum eleemosyna, vel alio quovis pio nomine tribuantur, a Superiori, aut ab alio ab eo deputando accipiuntur, illosque retinere possit in capsula duabus clavibus obsignata, quarum una ab ipsomet Superiori, altera a Vicario,

40 Regulae & Constitutio-  
nario, & in ejus absentia ab  
alio Sacerdote eligendo custo-  
diatur. Ipse vero Vicarius, vel  
subrogatus semper intersit quo-  
tiescumque Superior sive pecu-  
nias in Capsa recondet, sive  
reconditas extrahet. Quotidia-  
næ, quæ præstande sunt expen-  
sæ a Vicario administrabuntur  
cum licentia Superioris, ac  
deinde singulis mensibus admi-  
nistrationis suæ Rectori ratio-  
nem reddet, & adnotabitur in  
libro præcipuo, in quo patiter  
pecuniæ tam expensæ, quam  
receptæ recensebuntur addita  
triusque propria subscriptione.  
Rector domus insuetas expensas  
non faciat, neque mutuum con-  
cedat, neque libros Bibliotheca-  
ræ commodet; nisi accidente  
consensu Capituli localis. Si  
autem contingat, ut aliqua ex  
hujusmodi expensis Scutorum  
decem excedat summam Supe-  
rioris

rioris Præsidis approbatio requiriatur. Ut autem omnes Congregationis domus simul mutuae charitatis vinculo unitæ perseverent, omnia cujuslibet domus bona sint cæteris omnibus communia, adeo ut five Generalis, five Provincialis, prout prudentia, & indigentia suggesterit, de rebus, five pecuniis, quæ a Congregationis domo quacumque possidentur, pro aliarum juvamine disponere in Domino queat, dummodo res magni pretii haud fuerint, aut pecuniæ summa talis, quæ juxta Pontificias Constitutiones beneplacitum non exigat Apostolicum. Quapropter singulis Superioribus Localibus prohibetur, ne quid sine consensu, ac permissione præmemorati Præsidis vendere quomodolibet presumant. Si vero procuratis omnibus Domorum vel Ecclesiærum

42      *Regule & Concilii.*

rum nostræ Congregationis aliquid supererit, erogetur in pauperes; quod præcipue statuitur de fructibus horti, qui cum vendi non possint eisdem pauperibus, & etiam Benefactoribus tribuentur. Onus perpetuum Misiarum nunquam suscipiatur, licebit tamen ipsarum celebrationi, & aliarum ex commissione satisfacere, & congruam recipere elemosynam. Cuique Sacerdoti liberum sit semel in hebdomada divinum Sacrificium offerre pro se ipsis, vel aliis, nullo tamen accepto stipendio. Religiosis iter longum suscepituris poterit Superior domus certum pecuniæ sublidium tradere, ut instanti necessitatibus, vel indigentia, qua pauperes decet modestia, & parcitate, prudenter consulatur. Peracto autem itinere receptæ pecuniæ ratio proprio Superiori redde-

tur.

tur. Nemini liceat sine Præ-  
sidis facultate peculiarem elec-  
mosynam quovis prætextu sibi  
quærere. Sponte oblatum, &  
acceptum in commune Fratrum  
subsidiū erogent. Hoc Insti-  
tuti præscriptum universi exactè  
impleteant, & pro opportunita-  
te Benefactoribus aperiant, ne  
quis deceptioni, aut errori lo-  
cus pateat, sed omnia religio-  
sa paupertatis studio, & cul-  
tui sincere, & sancte respon-  
deant. Si quis legem istam te-  
mere violaverit, deprehensus  
pro modo culpe puniatur. Re-  
ceptum Pauperibus tribuatur:  
exploratum siquidem est, tan-  
diū in Congregatione religiosæ  
perfectionis regnaturum spiri-  
tum, quandiu voluntariæ pau-  
pertatis amor, & cultus vige-  
bit integer: eodem autem ex-  
tincto, infana cupiditas turba-  
bit omnia, decidetque san-  
ctio-

44 Regula & Const.  
Etioris disciplinæ vigor , &  
studium ,

## C A P. XIV.

*De paupertate servanda in  
Ecclesiis , & Domibus  
Congregationis .*

**I**N Ecclesiis sumptu modesto  
fabricatis religiosus vigeat  
decor , & exacta munditia ;  
nihil in his sumptuosum , ni-  
hil vanum , vel insuetum pio-  
rum animum distrahens habeat-  
tur . Suppellex sacra sic munda ,  
honesta , rite disposita , ut quoad  
fieri inter nos poterit , divinis  
congruat Ministeriis , & Sacri-  
ficio . Non vetatur tamen in  
iisdem aurum , argentum , vel  
alia prætiosa ornamenta , que  
divino cultui majestatem , &  
decentiam maiorem concilient .  
Domus Cubicula sint parva ,  
& modesta , paucis ornata-

ima-

imaginibus sacris nullo opere ,  
vel materia spectandis , duabus ,  
aut tribus Sedibus pauperibus ,  
& lignea mensula instruēta .  
Leitus quinque palmos non ex-  
cedet latitudine , longitudine  
justa ; uno circiter palmo assur-  
gat ē pavimento ; fulcra , ta-  
bulæque lignæ ; culcitra cum  
cervicali oppleta paleis ; stra-  
gula tempori opportuna , sem-  
perque paupertati consona . Va-  
letudinaria sint ampla , & pro  
Ægrotantium numero spatioſa ,  
prospectu lata , & in omnibus  
ſcite , commodeque disposita .  
Triclinium pauper nullo men-  
ſarum , vel Sedilium ornatum ,  
vel materia nobile . Mantilia  
& Mappæ lineæ ex vulgari tela ,  
ſed apte facta , & munda . Va-  
fa omnia paupertati consona .  
Cochlearia , & furculæ e li-  
gno , vel osse . In Coquina  
omnia cum charitate , & mun-  
ditia

## 43 Regule &amp; Conf.

Deo fiduciam figant, æternamque salutem cum timore, & tremore operentur. Absque necessitate cum Fæminis non loquantur: christiana charitate ducti, justaque de causa cum Præsidis facultate id agant. Extra domum a Socio eam potestatem postulent, tum paucis, modeste, oculis in terram fixis, & vultu gravi perfolvant officium. Si forte in aliquo Cubiculo cum Mulieribus sit loquendum fiat aperto ostio, ita ut a Socio aspici possit, & non audiri. Ad Sacrum Virginum Monasteria non accendant, nisi promovendi Animarum boni causa rogati, & cum permisso Episcopi, sive Loci Ordinarii, & Superioris. In Benefactorum, & Exterorum morantes domibus ad gravitatem Religiosam, & modestiam sint compositi. Non sint verbosi,

bosi , & ab his , quæ quovis modo animum a divinis abstracti-  
hunt , prorsus abstineant , sed potius de rebus animalium salu-  
ti utilibus loquantur ; sensuum  
custodiæ diligenter studeant , po-  
tissime oculos cohibeant . In-  
mensa sobrie , & temperanter  
se gerant . Divina interdum  
meditentur . Immaculatam Vir-  
ginem Deiparam pio , ardenti-  
que cultu prosequantur , excel-  
lentes virtutes ejus imitari current ,  
& opportunum inter tot pericu-  
la promereri patrocinium .

### C A P. XVI.

*De voto promovendi apud Chri-  
stifideles religiosum cultum ,  
& gratam memoriam Pas-  
sionis , & Mortis Domini  
Nostri Iesu Christi ,*

**F**ratres prædicationi Evan-  
geli dantes operam in Mis-  
sionibus Apostolicis obeundis ,

C enī.



30      *Regulae & Conf.*

enixe curabunt, ut Christianos  
Populos ad vivificæ Passionis,  
& Mortis Iesu Christi sacra  
Mysteria meditanda, & iden-  
tideim religiose recolenda in-  
flammant. Hoc potissimum ve-  
speri post habitum consuetum  
sermonem peragant. Horæ di-  
midium pia meditatio non ex-  
cedat, eique conceptis verbis  
præeant. Mane inter haben-  
dam lectionem catechistica in-  
aliquid de eodem argumento in-  
gerant. Regulas ad sancte, ac  
fructuose tanta Mysteria memo-  
xanda breviter, ac perspicue  
tradant, nec diligentiam præ-  
fermittant, ut frequentissimam,  
atque perpetuam eam medita-  
tionem reddant. Hominibus  
rudibus, minusque cultis, qui  
ruri dant operam, nec apti sunt  
ad meditandum, brevia argu-  
menta fuggerant, quibus per  
pios, ac temporaneos affectus,

Sive

sive per preces , ut vocant , ja-  
culatorias idem prætent . Ut  
monita optato effectu potiantur ,  
docendi methodo utantur facili ,  
simplici , talique hominum ge-  
neri congruenti . Ad aliquid  
quotidie pro Iesu Christo pa-  
tiendum illos hortentur , debi-  
tum aperiant , fructum doceant  
meriti , ac præmii magnitudi-  
nem explicit , difficultatem  
extenuent , & adimant . In se-  
dibus Confessionalibus pro lo-  
co , tempore , & personarum  
discrimine idipsum curabunt .  
Sacerdotes , qui ad sacras ha-  
bendas Conaciones non sunt de-  
stinati , hoc bonum promove-  
re itudeant alia via , quæ ipsi  
faciliorem occasionem præbe-  
bit , præfertim quando pecca-  
torum Confessiones excipiunt ,  
Cathechismum habent , Collo-  
quia de rebus spiritualibus in-  
stituunt , & id genus alia , quæ

52      *Regule & Conf.*

ex munere , vel pro re nata  
obeunt . Qui ad hujusmodi mu-  
nera non sunt destinati , item-  
que Fratres Laici , ut debito suo  
faciant satis , quotidie pie , ac  
religiose recitent quinques Do-  
minicam Orationem , & Salu-  
tationem Angelicam in memo-  
riam , & honorem Passionis Do-  
mini Nostri Jesu Christi , si-  
mul enixe JESUM CHRISTUM  
orent , ut opem illis ferat , qui  
hoc salutare Institutum promo-  
vent . Res ipse alias frequen-  
tes vias aperient , quibus tan-  
gum opus provitant , piamque  
desiderium , & conatum im-  
pleant magno cum suarum  
Animarum , & aliorum profe-  
ctu , ingeniosissimus siquidem  
Dei amor est , nec tam verbis  
amantium comprobatur , quam  
factis , & exemplis .

CAP.

C A P. XVII.

*De servando in Congregatione  
Jejunio.*

**N**Ullum in Congregatione præscribitur jejuniū, quod Violatores mortalis peccati reos constituant, præter illa communia imperata Christifidelibus ab Ecclesia. Præter Adventum Domini, & Quadragesimam Fratres nostri ter in hebdomada illud servabunt, nempe feria quarta, sexta, & Sabatho. Soluti tamen erunt regulari jejunio, si feria quarta, & Sabatho occurrat Festum de præcepto, aut Festum quodcumque B. V. Mariæ, Evangelistarum, Conversionis S. Pauli, utriusque Cathedræ S. Petri, Exaltationis S. Crucis, Patroni, aut Titularis Ecclesiarum, ejusdemque Dedicatio,

54      *Regulae & Const.*

ac S. Marie Magdalene Pœnitentis : Feria autem sexta nisi Officium duplex primæ Classis celebretur, jejuniū servabitur.

C A P. XVIII.

*De ratione implendi jejunii  
in Congregatione.*

F Ratres in domibus Congregationis carne non vescantur excepta valetudinis causa, sed ovis dumtaxat, & lactariis. Diebus vero jejunio addictis contenti erunt pulmento, & ferculo obsonii quadragesimalis; insuper liberum erit Superiori ferculū herbarum, itemque fructuum addere. Feria tamen sexta nisi occurrant Festa de præcepto, aut ex iis, quæ præcedenti Capitulo indicantur, exceptisque feriis sextis occurrentibus infra octavas

N-

Nativitatis Domini , Paschæ  
Resurrectionis , & Corporis  
Christi ad meridianam Mensam  
pulmentum tantummodo , &  
herbarum esca afferatur . Die-  
bus festis , & feriis quintis ap-  
ponentur prandio duo obsoniū  
fercula , ceteris autem diebus  
unum dumtaxat cum esca her-  
barum prandio tribuetur , fas  
erit etiam Superiori si commode  
poterit addere fructus , & ca-  
seum : solemnioribus autem Fe-  
stivitatibus tria obsonii ferculæ  
suppeditabuntur . Curabit Su-  
perior , ut cibi accurata chari-  
tate parentur , & cujusque  
indigentia prudenter satisfa-  
ciat ; ideoque quotiescumque  
facultas aderit libenter , quæ  
superius indicata sunt impertia-  
tur : Si id non fiat , Fratres non  
conquerantur , sed his maxime  
diebus virtuti studentes , om-  
nia in bonam partem accipient ,

76      *Régulae & Const.*

nec quavis moti causa illi detrahant. Qui secus fecerit praeter Dei offensam debita etiam poena plectetur. Panis, & vinum pro cuiusque indigentia tribuantur. Diebus jejunii præ vespertina refectione unum tantum apponatur ferculum jejuno accommodatum. Extra jejunium congruens, ac modesta cæna fiat. Nulla occasione, vel causa potestas loquendi in Triclinio fiat, etiamsi exteri Viri spectandi praesentes sint, vel Festum agatur, sed semper ad mensam adhibetur lectio spiritualis, excepta refectiuncula vespertina diebus jejunii. Fratres iter habentes ad regulare jejuniū non obligantur. A Benefactoribus autem excepti prænuntiata evangelica benedictione. *Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea, manducabunt quemque sibi apponent-*

neutur ; studebunt tamen vel extra domum religiosam temperantia , sobrietati , ac modestia , ut facilius ad Deum mentem erigant , divinis enim gaudentes , facile carnales cibos fastidient , pioque exemplo erunt aliis . Meminerint Congregationis propositum esse , præter divinæ Legis præcepta , observare pro viribus evangeliæ consilia , quod ut facilius Fratres assequantur , opus habent frequenti oratione , abstinentia , humilitate , afflictione corporis , & sui contemptu . Hæc extollendæ in Deum menti , eludendisque Demonum artibus maxime conferent ; quapropter tametsi jejunia nostra mortalia peccati reos nos minime efficiant , si violentur , servanda sunt nihilominus ea cura , & diligentia perinde ac si imperata essent Ecclesiæ præcepto . Hinc

*C. 5. quam*

58      *Regule & Conf.*

quamvis Superior domus ab ini-  
plendo jejunio solvere aliquem  
possit justa de causa , nunquam  
tamen poterit universam simul  
Familiam a regulari jejunio ex-  
mere , nisi illæ urgeant causæ ,  
quæ sufficientes habeantur , ut  
a jejunio Ecclesiastico servando  
eximantur . Qui Sanctorum  
Patrum , atque Doctorum Ec-  
clesiæ de jejunio scripta legent ,  
facile intelligent , quantum il-  
lud animæ prospicere , & corpori .  
Hoc argumentum luculenter tra-  
stant SS.Basilius Magnus ; Ioan-  
nes Chrysostomus ; & Leo Pri-  
mus Pont. Max. . Nec hic aliud  
addendum putamus , ut operis  
salutatis virtutein multiplicem  
inculcemus ; & ingens meri-  
tum .

CAP.

C A P. XIX.

*De aliis exercitationibus spiri-  
tualibus Congregationis.*

PER anni cursum postquam  
quinque horarum spatiū  
quieti corporis dederint, nocte  
surgant ad laudes Deo conci-  
nendas. Recitatibit in Choro  
divinum Officium gravi, pie-  
quē tono, intermedia ad sin-  
gulos versus quiete decenti,  
ut per opportuna temporis in-  
tervalla pronuntiata meditari  
queant, fructusque hauriri ubes-  
res, & suaves, quos saluber-  
rimum Divinæ Scripturæ pabili-  
lum affert non ore tantum psal-  
lentibus, sed mente simul, &  
corde. Exceptis officiis solem-  
niter celebratis, in argumentum  
demissionis, & reverentia er-  
ga Deum, universum divinum  
Officium stantes persolvant; se-

C 9 de 3 ne

60      *Regule & Const.*  
deant tamen dum lectiones Ma-  
tutini leguntur . Ante initium  
cujuscumque horæ canonicae  
profunde inclinati reverenter  
pronuntiabunt . *In Nomine Je-  
su omne genuflectatur , cœle-  
stium , terrestrium , & infer-  
norum , & omnis lingua confe-  
teatur , quia Dominus noster  
Iesus Christus in gloria est Dei  
Patri .* Statis diebus post ma-  
tutinum fiat voluntaria verbe-  
ratio ; deinde a Kalendis Octo-  
bris , usque ad Kalendas Apri-  
lis per horæ spatum , reliqua  
anni parte per horæ dimidium  
piæ meditationi ab omnibus si-  
mul degentibus vacabitur , nec  
cuiquam etiam tempore divini  
Officii sine Superioris licentia  
abscedere licebit : postea hy-  
berno tempore ad se calefacien-  
dum accedant , recitantes Can-  
ticum . *Benedicite omnia opera  
Domini Domino . Tunc cellam*  
pe-

petent, in qua morabuntur usque ad horam primam. Si quis ductus fervore Spiritus orationem continuare cuperet, a Superiori permisum roget, qui potentis conditione, & virtute perspecta, postulatum non negabit. Post nocturnam orationem a Kalendis Octobris usque ad Kalendas Aprilis tritum horarum, reliquo autem anni spatio duarum horarum cum dimidio interjecta quiete iterum surgent, Chorum adeuntes Primani, & Tertiam recitabunt; deinde horariam meditationem habebunt, quo tempore Missas celebrare, & audire fas erit; muneribus autem in Congregatione auerti, postquam per horæ dimidiū in meditationi vacaverint sacram peragere poterunt. Tempore designato in tabella, qua singularum actionum ordo indicabitur, ultimum Deo offere-

tur

## 62 Regule &amp; Const.

eur Sacrificium , cui justo ca-  
rentes impeditamento interesse  
debebunt. Ante Sextam , & No-  
nām , item ante Completorium  
tum animi , tum corporis leva-  
mini per horæ dimidium silen-  
tes , & solitarii vacabunt . Mox  
persolutis in Choro eisdem Ca-  
nonicis horis ad mensam pro-  
cedent : Statuta hora persolven-  
tur eodem modo Vesperæ . Dein-  
de post brevem collectionem  
spiritus per horæ quadrantem  
circiter habebitur spiritualis le-  
ctio communis , quā expletā  
suī quisque adibit studiū ,  
vel ministerium . Recitatio Com-  
pletorio per integrā horā .  
Frātres intenti erunt sacræ me-  
ditationi : Quando habent iter ,  
vel ab aliis occupationibus ex-  
tra domum dētinentur , cum  
difficile sit tandiu in meditatio-  
nem incumbere , diem nihilo  
minus labi non sūnant , quin pér  
ho-

horæ saltem spatiū id agant;  
tempus deligentes minus occu-  
patum, maxime diluculum, ut  
expeditiores postea iter, ac alia  
munia prosequantur. Caveant  
autem diligenter Fratres nostri,  
ne unquam orationem præter-  
mittant, suoque vitio bonis ma-  
gnis, quæ illa affert, amissis,  
mala gravia incurvant, quæ ce-  
leri solent carere remedio. Sa-  
cerdotes omnes enixe rogantur,  
ut ante divinum Sacrificium  
Millæ immaculatum spiritum  
colligant, animum ad sacra  
ministeria sancte componant;  
præscriptis ab Ecclesia ritibus  
accurate, & reverenter insistant;  
cœremonias probe, decenter  
que obeant, verbis, & aëtibus  
religionem præferentes, & san-  
ctimoniam. Peracto Sacrificio  
debitas Deo laudes, & gratias  
persolvant, neque statim ad alie-  
na transfeant, Ita oblati Sacri-  
ficii

¶ Regule & Const.

cii ubiores fructus capient,  
majorique in dies amore erga-  
Deum flagrabunt , tum etiam  
paratiores , ac digniores fient  
ad divina tractanda .

## C A P. X X.

*De faciendis a Fratribus Laicis.*

**D**UM matutinæ in Choro  
persolvuntur preces, Fra-  
tres Laici recitabunt Coronam  
Domini nostri Jesu Christi, idest  
ter , ac tricies Orationem Do-  
minicam in memoriam Sanctissi-  
mæ Vitæ , Passionis , & mor-  
tis ejus . Ad horam Primam se-  
pties orationem ipsam cum An-  
gelica Salutatione B.Mariæ Dei  
Genitricis repetent in memo-  
riam laborum ejusdem Domi-  
ni . Ad Tertiam quinques, il-  
lius flagellationem recolentes,  
Ad Sextam ter , coronationem ,  
& irrisiōnem mēditantes . Ad

No-

Noniam denique ter preces ip-  
fas pronuntiabunt memorantes  
**Cruci affixionem**, agonem, &  
mortem, quam pro nobis subi-  
re dignatus est. Ad Vesperas il-  
las septies repetent in memo-  
riam Dolorum B. Mariæ Virgi-  
nis. Ad Completorium postre-  
mo quinques pro Plagarum  
Dominicarum numero, & Se-  
pulturā. Piæ meditationi da-  
bunt operam ut ceteri; mane  
autem post orationem, & au-  
ditum divinum Sacrificium,  
suum quisque adiicit ministe-  
rium. Singulis diebus fētis non  
continuatis postquam conscien-  
tiam per Sacramentum pœni-  
tentiae expiaverint, sacra Eu-  
charistia reficiantur: Id ipsum  
seriis Sextis facient. Tempore  
**Quadragesimæ**, ac Dominici  
**Adventus** ter in hebdomada  
**Christi** Corpus accipient, nisi  
aliter Superior decernat, vel  
ani-

66 *Regule & Const.*

animæ Ductor suadeat . Exalte , ac diligenter imposita sibi munera exequantur , ferantque libenter Congrégationis onera . Sacerdotes ut Dei ministros revereantur . Sint humiles , obedientes , & religiosæ paupertatis amantes . Res Congregationis curent sedulo , & tanquam Dei habeant . Meminerint illarum sibi custodiam esse impositam , earumque si suo pereant vitio , vel in deteriorius labantur , exactam Deo rationem esse reddituros . Sæpe finem suscepit Instituti cogitent , atque ad illum studia , & actiones dirigant .

## C A P . X X I .

*De Oratione .*

**M**editations fere sint de divinis attributis , & perfectionibus , itemque de Mysteriis .

teris vitæ , passionis , & mor-  
tis Domini Nostri Jesu Christi ,  
a qua omnis religiosa perfectio ,  
& sanctitas potissimum Magiste-  
rium capit , & incrementum .  
Contendat quisquis ardenti Dei  
amore praestare , fidem vivam ,  
operofam , constantem tovere .  
In omnibus Deum præsentem  
cogitent . Hoc modo assiduè  
trabimus , facile vitia fugie-  
mus , virtutem seccabimus .  
Erga divinissimum Eucharistiæ  
Sacramentum Fratres præcipua  
veneratione ducantur , sœpe in  
Altari illud invisen , adorent  
debitis laudibus , atque assidua  
pratiarum actione prosequantur .  
frequenter sumere cupiant , il-  
lucque intime , & spiritualiter  
miri , ut possessa ab eo corda  
obi Deo vivant , & ardentissi-  
ma charitate æstuent . Clerici  
et in hebdomada Divina Eu-  
charistia reficiantur , omnibus-  
que

63      *Regula & Const.*

que diebus festis non continua-  
tis ad arbitrium Superioris , vel  
Ductoris Animæ . Id agant ma-  
jore , quia fieri possit vitæ inno-  
centia , & sanctimonia . Se ad  
hoc comparent congruentibus  
meditationibus piis , fervidis  
virtutum exemplis , præsertim  
fidei , charitatis , & humilitatis .  
Post acceptum Sacramentum in-  
seraphicos ardores effusi debi-  
tas pro tanto munere gratias  
agant , gratosque perfectioris  
vitæ institutione se præbeant .  
Beatam Dei Genitricem , sem-  
perque Virginem Mariam con-  
gruenti honore colant , & præ-  
cipuam Patronam habeant , do-  
lores acerbissimos , quos in Pas-  
sione , & morte Filii passa est ,  
identidem memorent , ejusque  
venerationem verbo , & exem-  
pto promovcant .

CAP.

C A P. XXII.

*De studio Litterarum.*

**T**Empore in Tabella indi-  
cto litterarum studio da-  
bunt operam, & interim qui  
litteris non vacant suis fungan-  
tur ministeriis. Mox omnes le-  
ctionem spiritualem habebunt  
in Cella, cui examen particu-  
lare præmittent; utenturque  
libris, quos aptiores suo quis-  
que profectui censebit acceden-  
te consilio Ductoris Animæ.  
Post Vesperas rursum erit lit-  
terarum studium sicut mane. In  
unaquaque Provincia, una, vel  
plures domus pro litterarum stu-  
dio constituentur, ubi Juvenes  
Philosophiæ, ac Theologiæ ope-  
ram dabunt, ut aptiores ad Ani-  
marum cultum evadant, & in  
Vinea Dominica pro viribus la-  
borent. Singulæ Congregatio-  
nis

70 Regule & Conſt.

nis Scholæ , Angelici Doſtoris inconcuſſæ doctrinæ firmiter he-  
reant , eamque Preceptores om-  
nes diſtriicte tradere teneantur .  
Studium ipſum ſex annis con-  
tinabunt , ex quibus quinque ,  
excisis quæſitionibus minus ne-  
ceſſariis , & procul a novitati-  
bus tuis Philosophiæ , tuis  
Theologiæ impertient ; ſextum  
Scripturarum diuinarum , atque  
Sanctorum Patrum meditata le-  
ctio ſibi vindicabit : Interca-  
pro Personarum , & studiorum  
diſcrimine Apostolico muneri  
ex occaſione affueſcent , ut in  
generali omnium studiorum ex-  
amine , quod in fine ejusdem  
anni iſtituetur , facilius cul-  
tam ingenium , & aptitudo cu-  
jusque dignoscatur , & pro me-  
rito miniſteriis ad Proximorum  
ſalutem obcundis addicetur .  
Examen generale Juvenum fiat  
a tribus Examinatoribus eleſtis

a ma-

Cong. Cruc. S<sup>r</sup> Paff. 74

a maiore Congregationis Praeside, siveque Consultoribus in Provincia sua mansionis, tum ipse, vel alius ab eo designatus intererit. In aliis Provinciis Examinatorum electio pertinet ad Superiorem Provinciam, ejusque Consilium, qui idem, vel alius, qui suas vices gerat, ab eo nominandus, adserit examini. Præter hoc examen generale, quotannis in fine studii aliud particulare fiat a duobus Examinatoribus enarrato modo electis præsente Rectore domus, de argumentis in Schola pertractatis, ut ingeniorum peripecta præstantia Supremi Præsidis, vel Provincialis in aliis Provinciis accedente consensu, deligantur aptiores ad litteraria studia continuanda, remotis ineptis, & negligentibus. In domo studii litterarii, diebus, quibus Schola habetur

nō

## 73 Regule &amp; Const.

nocturna meditatio horæ dimidiū non excedat ; idemque statuitur pro iis , qui litterarum studio sunt addicti , de matutina , ac vespertina meditatione . Exceptis solemnitatibus , & vacationibus Lectores , quando docent a nocturnis precibus per solvendis eximentur . Cætera , dispositioni a Præside Generali , vel Provinciali decernendæ , ac commodentur . Superior prout charitas suggesserit , paternè curabit , ut ii , qui scholaftico studio operam impendunt , antequam studium aggrediantur , & panis frustulo , & vini haustu stomachum reficiant . Ut autem inter assidua studia perfectionis spiritus non reperficit , prescribitur , ut semel in anno , sicut & ceteri omnes in cunctis Congregationis domibus , spiritualia exercitia per octo , aut decem dies , tempore opportu-

no a Superioro definiendo , pie ,  
ac devote peragant . Clerici ad  
facros Ordines non promovean-  
tur , nisi annos quinque in Con-  
gregatione laudabiliter exple-  
verint . Quod si optimum vir-  
tutis specimen non præbeant ,  
differatur Ordinatio ad libitum  
Præpositi Generalis , vel Pro-  
vincialis . Clerici vero , qui  
studio formali non sunt addicti ,  
speciali cura excolantur , & in  
rigore disciplinæ custodiantur ,  
proinde ne cum ipsis quidem  
Religiosis , sine expressa licen-  
tia Superioris , sermonem ha-  
beant , nec unquam sine urgen-  
ti necessitate quoquò mittantur ,  
& tunc nonnisi cum Socio pro-  
batæ virtutis .

**C A P. XXIII.**

*De ratione nuntiandi verbum  
divinum, & precipuis Sa-  
crorum Concionatorum  
partibus.*

**N**ulli ex minima Congre-  
gatione nostra ad nun-  
ciandum divinum verbum ele-  
cto, liceat inter concionandum  
uti stylo adeo sublimi, & ele-  
ganti, ut obscurus evadat, mi-  
nusque a Plebe, & rudibus in-  
telligatur; sed verbi Dei panem  
parvulis frangat, adhibita di-  
cendi methodo clara, atque  
perspicua, ne sermo cificacia  
careat, & ut majori ex fructu  
divina gloria incrementum ca-  
piat. Post debitum, modum-  
que exacte implendi divinam  
legem docebunt diligenter Po-  
pulos rationem probe expiandi  
conscientiam per Sacraenta-

pœ-

pœnitentiæ , itemque sumendi reverenter , ac sancte divinissimam Eucharistiam . Hoc orthodoxæ fidei mysteriis patienter plenib[us] erudiant ; quos negligentes noverint studiosius excolant , ut acceptissimus Iesu Christo labor uberiorem in dies frumentum pariat in terra posthabita .  
**Quadragesimalium Concionum** provinciam non sumant , sed aliis , hac relicta , ipsi eo tempore in dominibus solitariis Deo vacent , ut charitate aucti , validiore conatu post Pascha Dominicæ Resurrectionis Missiones Apostolicas , aliasque consuetas proprii Instituti exercitationes obeant pro bono Proximi . Justa tamen poscente causa poterunt etiam eo tempore obire officia Instituti propria . Ad pie meditanda vicæ , passionis , & mortis Domini Nostri Iesu Christi mysteria

D 2 Po-

Populos non hortentur tantum,  
verum etiam instruant. Ora-  
tioni affuefcere doceant, simul  
perniciofum quorundam erro-  
rem detegant, & refellant, qui  
divinorum meditationem, Re-  
ligiosorum hominum, & Cle-  
ricorum dumtaxat occupationem  
censem; opportunis monitis,  
& constanti fiducia in Deum  
arment, ostendantque superna  
inter orandum lumina non de-  
futura, quibus magis, magis-  
que fallaces Diaboli, & mun-  
di artes noscant, vitiorum de-  
formitatem videant, oppositam  
illis virtutum præstantiam. Ad  
nostros etiam præcipue pertine-  
bit suadere Christianis Populis  
pium erga Deiparam Virginem  
cultum, debitam locis sacris,  
& personis reverentiam; & ut  
paucis multa complectamur,  
ea studiose præstare omnia, que  
pro temporum, Locorum, &  
Per-

Personarum discrimine potissimum  
Populis profunt, eorum  
malis, & absurdis pia sedulita-  
te depulsi.

C A P. X X I V.

*De methodo obeundi Missiones  
Apostolicas.*

**M**ethodum aliquam traditum peragendi cum fructu Missiones Apostolicas, cum juxta Apostoli testimonium non eadem singuli dona a Deo obtineant, ideo iis tantum onus imponatur Apostolicas Missiones obeundi, quos duo Instituti nostri Theologi per Praeposatum, vel Provincialem deputandi, idoneos renuntiabunt prævio examine super eorum sufficienti doctrina, atque inspectis Concionibus, aliquique operibus, quæ scripto tradent ipsius deligendi. Imo ipsis

D 3 Theo-

78      *Regule & Conf.*

Theologis exposcentibus , pri-  
vatim quoque ; & clanculum  
proponant , quæ publice Popu-  
lis sunt exposituri . Ad Missio-  
nes vero nunquam pergent , nisi  
obtenta Præsidis Generalis , vel  
Provincialis licentia . In pri-  
misis Fratres monitus , ut mi-  
nisterii sanctitatein ; & gravita-  
tem ; & finem expendant ; &  
nihil unquam pretermittant , quo  
suo defuisse debito videantur ,  
proprioque vitio vertatur , si  
illud minus exactum ; & Popu-  
lis fructuosum accidat : Nullam  
exercitationum spiritualium ,  
quæ tanti momenti opus ante-  
re , & sociare debent regulam  
præscribimus , memores ad  
eam curam Fratres universos in  
solitaria Instituti nostri domo  
potissimum , & assidue incum-  
bere . Hoc studium in ministe-  
rio pro viribus continent , ac  
falte in per medium horam ora-  
tioni

tioni vacent, reverenter divina Officia persolvant, sancte Missæ Sacrificium offerant, ante, & postea religiose se colligant, si necessitas non impediat, agenda mature, prudenterque considerent, omnia sacro operi congruant.

§. I.

*De agendis ante egressum.*

**P**Riusquam è domo solitaria ad Missiones Apostolicas Fratres delecti proficiscantur, ante Altare SS. Eucharistix genuflexi has Constitutiones ibidem leetas implere promittant, scriptoque exceptas secum deferant: sub cujusque Missionis initium illarum lectio nem iterabunt, fiduciaque in Deo fixa sperabunt, si Congregationis praescripta fideliter, & exakte servaverint, nunquam

80      *Regula & Conf.*  
fibi ejus gratiam defuturam,  
ea opportune tribuentem auxi-  
lia, quibus feliciter laborum  
finem obtineant. Impiebit sci-  
licet misericors Deus, & ju-  
stus, quod jam pridem per Ma-  
lachiam Prophetam Fidelibus  
suis est pollicitus. Cap. 2. v. 5. ::  
*Pactum meum fuit cum eo vite,*  
*& pacis, & dedi ei timorem,*  
*& timuit me, & a facie nomi-*  
*nis mei pavebat: Lex verita-*  
*tis fuit in ore ejus, in pace, &*  
*in aequitate ambulavit mecum,*  
*& multos avertit ab iniustitate.*

#### §. II.

*Ministrorum electio, & distri-*  
*butio praeclararum actionum*  
*tempore Missionis.*

**D**UO fere sint Fratres, qui  
ad Missiones legantur;  
plures tamen esse poterunt, si  
indigentia exigat, vel locus  
po-

postulet ; ex his , qui a Præside Generali , vel Provinciali deputabitur , Superioris vices gerat , cui alter antequam domo egrediatur , obedire pollicebitur , iterabitque promissum sub initium cujusque Missionis . Missione capta duo eligantur deputati Viri graves , & idonei ad componendas discordias , alii , qui confluentem Populum ordinent . Si acciderit , ut aliquis ex nostris Fratribus ad dirimendas lites , vel conciliandos Dissidentes evocetur , pacifice , sapienterque suas partes impletat , semperque sui similis nulli unquam injurius non excandescat , nec aliqua de causa quamvis gravi , ac per molesta irascatur : pertinaces obices , & difficultates patienti charitate removere curet , neque semel , sed iterum , ac tertio remnaviter aggrediatur , ut confi-

D 5 ciat :

32 Regiae & Const.  
ciat : incassum porro laborans ,  
eadem animi tranquillitate , ac  
suavitate pertinaces relinquat ,  
Deo causa commendans .

¶. III.

*De cibo sumendo in Domibus  
Beneficiorum .*

**D**UM Missioni dant ope-  
ram morari poterunt in  
ædibus particularibus Benefa-  
ctorum , solique , nisi necessi-  
tas urgeat , numquam tamen  
cum Mulieribus , cibis veſcan-  
tur , quos christiana charitas  
laborantibus tribuet , & nisi  
Superior dispensandum esse ju-  
dicaverit , silentium feruent .  
Sumpto cibo animum aliquando  
relaxent ; si quid ad Missionem  
pertinens interea tractandu-  
fit , ita rem agant , ut paucis ,  
ac prudenter expediant : si vero ,  
absurde , vel contra præscriptum  
ali-

aliquid fiat, non irascantur, sed patienter, ac demisse ferant. Cum mulieribus in propria Domo morantibus sermocinacionem non instituant, etiam si pietate in, & morum gravitatem preferant. De rebus ad animæ salutem loqui cupientes non ægrotæ, nec alio justo ventitæ impedimento, audiantur in Sede Confessionali, vel opportuno Ecclesiæ loco, alias nusquam eas convenienter, vel familiariter accipiant, multo que magis caveant, ne doceant capere cantiunculas.

q. IV.

*Quomodo inter se versari  
debeant.*

**A** Postolicæ Missionis tempore modeste, atque prudenter versentur; agant semper de rebus utilibus, potissimum

§4 Regulae & Const.

mum de recte , ac sancte peragendo suscepto ministerio . Parci sint verbis , ac temperantes . Quando aliquid agendum proponitur etiam a Fratre Superiori mature procedatur , nec statim a Socio exigatur responsum , ut rei considerationi locus sit , tempusque intercurrat opportunum , quo ille negotium Deo commendet . Contra votum , & expectationem acceptum responsum , qui sententiam rogavit , exquo animo ferat , nec mœroris præbeat indicium . Si quis in alio aliquid emendatione , vel nota dignum animadverterit , fraterne , ac tempestive corrigat , non celeriter , nisi talis sit defectus , qui præsenti remedio indigeat . Seulo suaviter , pacifice , ac modeste admonitionem adhibeat , antequam dormitum eant , nec assint alii . Non altercentur ,

Cor-

Correptus excusationem non ostendat, sed monitori humilem, & obsequentem se præbeat. In examine autem demisse poscat a Deo veniam, & ferio emendationi studeat. Alio tempore de defectibus non loquuntur, nec disputent de re aliqua etiam sancta.

§. V.

*Monita omnino implenda.*

**S**i Deus Optimus Maximus Fratribus ea doctrina præditis Congregationem auxerit, qui idonei putabuntur revincendis hæreticis, & evocandis ad christianam fidem incredulis, ubi primum ad illorum salutem procurandam a Summo Pontifice, vel a Sacra Congregatione de fide propaganda evocati fuerint, quicunque oportebit accedent. Cirabunt præterea Sodales

88 Regulae & Conf.

Si Loci frequentia plures Confessarios exigat, modeste id è suggestu aperiant, rogantes, ut indigentiae fiat fatis. Si repetitæ preces incassum cedant, ne ulterius rem urgeant, sed tranquille, pacateque Apostolicos labores prosequantur, nec querantur, nec exprobrent, si Populus tradita monita non impleat, rarique ad peccata per Pœnitentiæ Sacramentum expianda accedant; sed contenti navitor inculcasie facienda, demissæ omnino divinæ voluntati acquiescant. Fessus a Pulpito rediens Socius, si confluentibus Sacramentum pœnitentiæ administrare nequeat, alter Frater operam præfet, donec ille vires integret. Dissensiones pro viribus fugiant, præsertim coram aliis, sed unam servantes voluntatem, atque sententiam, merito gloriari possint. In

Dom

*Domo Dei ambulavimus cum con-  
sensu facti bonus odor Christi in  
omni loco . Ut hoc facilius obti-  
neant , s̄pēnumero de facien-  
dis consultationes instituant ,  
prudentia hac in parte præstent ,  
sagacique consilio futura quan-  
doque antevertant . Socius po-  
tissime curabit , ut necessaria  
Sacro ministerio , & actionibus  
opportune præparentur , ne quid  
operi desit , aut turbate , &  
absurde fiat ; prudenti in rem ip-  
sam impenso studio , si res ali-  
qua minus prospere cesserit , non  
querantur , sed pacato animo  
negotium Deo commendent .  
Peracta Missione non querant  
ab Ecclesiasticis , vel Seculari-  
bus , an impensa a se opera grata  
Populo , vel Præsidibus acci-  
derit ; sed contenti facto , at-  
que humilitati insistentes inti-  
me , nihil præter Dei gloriam ,  
& proximorum utilitatem ultra*

90 *Regula & Conf.*

postulent . Pridie ejus diei, quo  
sunt discessuri , Benefactores  
demisse rogabunt , ut itineris  
ducem tribuant : mane sequen-  
ti diluculo cum illo proficiscan-  
tur, aliorum Societatem studio-  
se vitent, ut silentio iter ha-  
bentes , facilius divinarum re-  
rum contemplatione spiritum  
reficiant .

## §. VI.

*De reditu in Domum solitariam.*

**E**Missionibus domum rever-  
si aliquandiu in Domino  
relaxent animum Superioris ar-  
bitrio , qui peculiari charitate  
illos complectatur , qui in Vi-  
nea Domini laboraverunt , ut  
simul corporis , & animi vires  
instaurent pro indigentia . Eos,  
qui e Missionibus redierunt ,  
idem Praeses in vicina Oppida  
sine necessitate migrare non  
finat ,

*Cong. Cruc. & Pass.* 91

finat , etiam si fuerit rogatus ,  
& enixe requisitus . Fratres ejus-  
dem acquiescentes voluntati li-  
benter domi maneant ; religio-  
se quieti ; & piis meditationi-  
bus ad Jesu Christi Crucifixi  
pedes intenti ; & post sex , aut  
octo modestæ recreationis dies  
ad vites corporis recuperandas ,  
ad solitæ observantia exerceita-  
tiones se referent : Nullus do-  
mo exeat sine Socio , qui tri-  
buetur Superioris arbitrio .

## C A P. X X V.

### *De Silentio.*

**V**espertino tempore post  
recitatum SS. Rosarium  
cum aliis precibus infra memo-  
randis per tintinnabilem indice-  
tur silentium ; durabitque do-  
nec sequenti mane expleta füe-  
rit praescripta oratio , , & Mi-  
seæ auditio : denunciabitur etiam  
silene

## 92 Regule &amp; Conf.

silentium post meridianam relaxationem animi , vigebitque ad Vesperas usque . Eo tempore nemini loqui fas erit . Si necessitas postulaverit submissa voce fiat : reliquo tempore eo modo in Schola , Culina , horto , aliisque in locis , ubi operari pro Congregatione oportet , loqui permittitur de rebus necessariis , & ad rem pertinenter tibus , non autem de inutilibus , & superfluis . Si quis vocandus fuerit , id per Fratrem destinatum , signo edito fiat , vel ubi manent ex munere Fratres querantur . Perpetuum vero silentium servabitur in Choro , Triclinio , & Dormitorio , nunquam enim in his locis sine necessitate Fratres loquantur , nec cuiquam praeter Superiorum , aut Vicarium ejus , licet alium in Cella convenire , aut cum eo colloqui ; in infir-

mis

mitatibus vero Fratrum liceat  
eos visitare .

C A P. XXVI.

*De relaxacione animi .*

**Q**UOTIDIE post prandium ,  
vel cœnam , vel quæ cœ-  
næ loco tempore jejunii  
succedit commensationem , erit  
communis animorum relaxatio.  
Sint proinde in ea modesti , hi-  
laries , jucundi , prudentes , om-  
nium obsecundantes honeste vo-  
luntati . Scurilia fugiant , ne-  
minem laudent , vitentque dispu-  
tationes , contentiones , rixas ,  
quidquid denique fraternali  
charitatem offendat . Post me-  
ridianam , & vespertinam refe-  
tioneim per tres horæ quadran-  
tes erit animi relaxatio . Eadem  
communis sit Sacerdotibus , Cle-  
ricis professis , & Laicis , quo  
magis , magisque fraterna cha-  
ritas .

ritas in omnibus vigeat, & perennet. Si Clerici professionem non emiserint, neque excederint a Professorio, ideit dum studio litteratum vacant, ab aliis secreti manebunt. Laici vero Fratres non ante ad relaxationem accedant, quam partes suas in Culina, Triclinio, & alibi expleverint. Ad communem relaxationem nunquam Exteri admittantur, nisi aut charactere, aut dignitate, aut merito tales sint, ut cum eis prudenter dispensandum confeatur. Aestate inter relaxationem meridianam, & vesperas, intercedat hora cum dimidio; hyeme, hora circiter, quo tempore universi secedant in cellam, ut soli quiescant. Semel in hebdomada erit collatio Theologie moralis, in qua singuli de rebus in questionem vocatis aperient sententiam, demissae tamen, breviter,

ter , sine strepitu , atque contentione . Omnibus diebus festis , & feriis quintis , quod superest temporis ante Completi- gium modestæ animi relaxationi impedent Superioris arbitrio , non tamen ludo , aut aliis exercitationibus , quæ animum distrahant ; sive colloquuntur de rebus utilibus , quæ in Deum inflammat , incuores semper hoc genus jucundarum actionum permitti , ut animum sublevent , non autem ut imminuant , aut deprimant pietatis spiritum . Mane feria quinta litterarum studio navabunt operam , a meridie vacabunt . Diebus festis , cuiuslibet liberum sit matutinum tempus in spirituales exercita- tiones , seu piorum librotum lectionem impendere . Quod supererit ex communibus exer- citationibus , vel particularibus charitatis Officiis erga proximorum ,

mum , studeant pie insumere , silentium ament , otium fugiant . A die XV. Junii usque ad diem XV. Septembris ob vehementiores æstus meditatio fiat post Vesperas , & vespertina animi relaxatio ad horam producatur .

## C A P. XXVII.

*De agendis in Triclinio.*

**I**N Triclinio silentes modeste maneant , demissis oculis manducent , ac simul Deum cogitent : Quod ut facilius cum spirituali fructu assequantur , lectionem pie , atque attente audiant ; humilitati , abstinentiæ , ac divinorum meditationi vel inter epulas , quo licuerit modo , operam dantes . Tempus mensæ prudenti Præsidis relinquetur arbitrio , cuius debitum , & partes erunt singulo-

gulorum indigentiam expende-  
re , atque potissimum curare ,  
ne quid alicui desit , ac ut om-  
nia recte se habeant . Nemo  
locum sine necessitate mutet .  
qui prius manducare definit ,  
piæ meditationi expeditior va-  
cet . In Triclinio seculates ho-  
mines non admittantur , Be-  
nefactoribus , ac aliis distin-  
ctis personis exceptis , quibus  
præcipua charitas , & humani-  
tas impendetur .

### C A P. XXVIII.

*De distributione munierum quo-  
libet die vesperi facienda  
a Superiore .*

**Q**uolibet die sero Superior  
agenda die sequenti mu-  
nera distribuat , ut om-  
nia recte , & accurate gerantur .  
Exleta animi relaxatione uni-  
versis sumul congregatis Supe-  
rior

98      *Regulae & Const.*

rior Mundi contemptum , ser-  
vandi Instituti studium com-  
mendet , & super omnia Dei  
amorem , & mutuam charitatem  
inculcat , benedictione adiecta .

C A. P.   X X I X.

*De somno , & quiete nocturna .*

**S**uperioris benedictione ac-  
cepta Fratres in Ecclesia ,  
vel alio congruenti loco , ter-  
tiam partem Rosarii B. Mariæ  
semper Virginis recitabunt cum  
aliis consuetis precibus , nimi-  
rum Oratione Dominica , Sa-  
lutatione Angelica , Antiphoni  
Immaculatæ Conceptionis B.  
Mariæ semper Virginis , *Tu  
pulchra es Maria , Sancti Mi-  
chaelis Archangeli , Sancti Tr-  
tularis domus religiosæ , item  
que Psalmus :: *De profundis  
pro Benefactoribns defunctis .*  
*His expletis fiat examen con-  
scientie**

scientiæ, aspersique omnes aqua  
lustrali a Superiore, indicetur  
silentium. Tum omnes Cellam  
petent ad nocturnas preces per-  
folvendas surrecturi. Nullus  
tunicam exuet, in lecto mode-  
ste sint compositi, Deumque,  
& Angelos præfentes cogitent,  
distractionibus importunis, &  
molestæ vigiliæ obstruant adi-  
tum, quo facilius, atque  
pacatius quiescant: Diabolus  
enim omnes solet artes adhi-  
bere, ut Dei famulos infom-  
nes reddat, ne statu tempore  
expeditis, ac liberis sensibus  
divina meditentur; rogandus  
proinde Dominus eit, ut ma-  
lum avertat, vivificæque Cru-  
cis signo callidus hostis ejicien-  
dus, ne quo modo noceat.  
Superiori liberum erit noctu  
Cellas invifere, ut an mode-  
ste Fratres cibent, inspiciat;  
nulli proinde licet eas claudere.

106      *Regulae & Const.<sup>1</sup>*  
re, ne hanc Præsidij potesta-  
tem impeditat.

C A P. XXX.

*De electione Præsidij  
Congregationis.*

**Q**uolibet Sexennio eligetur  
supremus Congregatio-  
nis Præses appellandus  
Præpositus, qui caput sit, &  
omnimoda iurisdictione potia-  
tur in omnes tum Personas,  
tum Domos, & Ecclesiæ Con-  
gregationis; implebit & ipse  
Constituta omnia, suoque  
aliis religiosis disciplinæ præ-  
bit exemplo. Universitas domos,  
& Ecclesiæ invitat, dispiciat-  
que an Regule, & Constitu-  
tiones ferventur; absurdâ præ-  
fenti remedio auferet, cura-  
bitque, ut recte, ac rite pro-  
cedant omnia. Quoniam vero  
a Capite pendere maxime solet

mem-

*Cong. Cruc. & Pass.* 101

membrorum sanitatis ; Electores summa ope niti debent , ut omni posthabita humana ratione , digniorem , & aptiorem feligant , cui totius Congregationis regimen imponant , prudenterque gerere possit , & sancte . Quapropter suo non contenti iudicio , & opera , per demissas preces lumen a Deo possent . Ea de causa per triduum in omnibus Congregationis Ecclesiis publicæ Christifidelium venerationi exponetur divinissimum Euchatistiæ Sacramentum , ut Dominus noster multiplicatis precibus , facilius , quod optatur , indulgeat . Ut autem in tanti momenti negotio mature procedatur , in Comitiis Generalibus dumtaxat suffragari poterunt Præpositus Generalis eiusque duo Consultores , Procurator Generalis , Provinciales , eorumque Consultores ,  
E 3 & qui

& qui alias fuere Praepositi Ge-  
nerales . Hi omnes activo , &  
passivo suffragio pollebunt . Ad  
hæc habenda Comitia eligeretur  
potior , ac commodior domus ,  
quæ si impensis perferendis im-  
par fuerit , alix pro rata subsi-  
dium conferent . Capitulum  
Generale indicetur per episto-  
lam encyclicam ad singulos Pro-  
vinciales mittendam , tribus  
saltem ante electionem pera-  
gendum , mensibus , ut ipsi suis  
Consultoribus , & cæteris enun-  
tient , ac proinde prudenter ,  
& opportune omnia disponan-  
tur , præcipue cum iter lon-  
gum est suscipiendum , cuius  
rationem habere debent , qui  
indicunt Comitia . Rebus ita  
dispositis Electores stata die  
congregabuntur in loco apto ,  
invocatoque Divino Spiritu ,  
quisque suffragium secretum  
edet scripto expressum : ex urna  
por-

porro, in quam fuere conjecta  
vota, Frater ad id electus ex-  
trahet duobus assistentibus Di-  
sceretis. Duæ ex tribus partibus,  
canonicam electionem efficient,  
lecta subinde, ac publicata in  
acta Capituli referentur. Qui  
sic electus fuerit Præpositus Ge-  
neralis ab universis obedien-  
tiam excipiet, habebiturque  
vice Christi. Mox omnes ad  
Ecclesiam accedent, & exposi-  
to Eucharistiæ Sacramento gra-  
tias Deo agent solemniter con-  
cinentes :: *Te Deum laudamus;*  
Eodem modo in ipsis Comitiis a  
memoratis Suffragatoribus deli-  
gentur duo Consultores Genera-  
les, & hinc Procurator Generalis,  
eadem conditiones habentes,  
quibus potiri debet eligendus  
Præpositus, ac omnes dignitate  
præcedent post ipsum Præposi-  
tum, eruntque illi soli immedia-  
te subjecti. Sine Consultorum

consensu supremus Præses nullum alicujus momenti conficer negotium , quod ad regimen Congregationis pertineat , gaudebuntque in rebus hujusmodi , ac sui mutieris suffragio decidente . Intra sexennium obeunte , vel alio modo cessante Præposito , Congregationis gubernium suscipiet primus Consultor , alter vero Primi Consultoris munere fungetur , & illius loco a Vicepræposito , & Consultore , una cum Generali Procuratore aliis ex dignioribus usque ad generale Capitulum substituetur . Idem statuit servata discriminis proportione , de subrogatione , in simili eventu , Consultorum . Si autem Procurator Generalis deficiat , alterius substitutio ad primum Præsidem , ejusque Consultores pertinebit . Deficiente Præposito Congregationem

Vicepræpositus gubernabit usque ad finem excurrentis Triennii , quo expleto generalia habebuntur **Comitia** . Singulis Provinciis præsidiatur Præpositus Provincialis , cui duo adoptabuntur **Consultores** . Quolibet triennio ab unoquoque Provinciæ Præside indicentur Provincialiæ Comitia per Epistolam ad singulas Provinciæ domos tempestive mittendam , & ad ea præter ipsum Provincialiæ Præpositum , & suos **Consultores** convocabuntur eorumdem Domorum Rectores , qui omnes suffragandi jure gaudebunt , una cum Magistro Novitiorum , si Comitia in Tyrocinii domo habebuntur . Modo superius enunciato eligetur Præpositus Provincialis , & ejus **Consultores** , qui in munericis sui rebus , decidente gaudebunt suffragio , & post eundem Pre-

fidem Provincialem , cui erunt  
immediate subjecti , digniorem  
locum obtinebunt ; eligentur  
præterea singularium domorum  
Reftores , itemque Novitiorum  
Magistri . Hoc tamen Capitu-  
lum non indicetur , nisi con-  
ficio Præposito Generali , eique  
vel ipse , vel alijs deputandus  
cum jure suffragandi præsidebit ;  
& si quid ad ipsam Provinciam  
spectans decernendum occur-  
rat , edita decreta vim non  
habeant , nisi ab eodem Gene-  
rali Præposito , vel a Deputa-  
to Præside comprobentur . Ad  
Præpositum Provincialem , qui  
tamen ex rationabili causa alium  
poterit deputare , spectabit Do-  
morum , & Ecclesiarum visi-  
tatio , quam etiam liberum  
erit Præposito Generali vel per  
se , vel per alium explere ; Ad  
eundem Præpositum vel Gene-  
ralem , vel Provincialem spe-  
ctabit

Qabit etiam Novitiorum Ma-  
gistro Coadjutorem assignare,  
& unicuique Rectori tribuere,  
Vicarium, qui illo absente, in-  
digente, vel impedito subsidia-  
riam operam præstabit, & vi-  
ces geret, ac nisi adsit Magister  
Tyronum, primum post Re-  
ctorum obtinebit locum. Si intra  
triennium Præpositus Provin-  
cialis quoquo modo deficiat,  
succedet Provincie regimini  
primus ejus Consultor, secun-  
dus vero Consultor eligetur a  
primo Congregationis Præside  
cum Viceprovinciali, ejusque  
Consultore, & si quis ex Con-  
sultoribus deficiat, aliis ab eo-  
dem Generali Præside cum Pro-  
vinciali, ejusque Consultore  
subrogabitur. Aliquo vero Re-  
ctore deficiente aliis ab eodem  
Provincie Præside cum voto  
suorum Consultorum eligetur.  
Si post habita Comitia aliqua

108 *Regulae & Const.*

domus fundetur , Rectorem  
ejus, Præpositus Generalis , vel  
Provincialis cum suis Consul-  
toribus constituet . Cum spiri-  
tualis Congregationis profe-  
ctus , sive temporum , aut re-  
rum conditio exigat , quilibet  
ex præmemoratis Officialibus  
electis in Comitiis sive Genera-  
libus , sive Provincialibus , po-  
terit semel confirmari . Nullus  
ad officium Præpositi Genera-  
lis , Procuratoris , Provincialis ,  
Consultoris , Rectoris , & Ma-  
gistri Tyronum assumatur , vel  
eligatur , nisi saltem decen-  
nium in Congregatione lauda-  
biliter expleverit .

CAP.

C A P. XXXI.

*De Superioribus domorum  
particularium, eorum-  
que regimine.*

**C**Ujusque solitariæ domus Præses Rector appellatur. Electus Præpositi Generalis, vel Provincialis testantes accipiat, & ostendat litteras ad annum cæteroquin duintaxat circumscriptas, singulis annis, dummodo expedierit, confirmandas; liberum proinde erit eidem Generali, vel Provincia li Præposito rationabili de causa, unius faltem ex suis Consultoribus accedente voto, annum hujusmodi prorogationem denegare, aliquique sufficere, & Rectorem constitutre. Fratres universi reverenter illum excipient, & complecten- tur, cogitantes a Deo electum, ut

*tio Regulae & Conf.*  
ut se in viam religiosæ perfe-  
ctionis dirigat. Præsenti assur-  
gant, loquentem attente au-  
diant, jubenti demisse, mo-  
deste, & expedite obedient,  
suam illius voluntati ex animo  
postponant, Deum semper in  
ipso cogitantes, & reveren-  
tes. In hoc curam omnem  
impendant, ut tanquam pueri  
ab eo ducantur, nunquam  
magis hilares, quieti, atque  
contenti, quam cum Rectoris  
accipiunt, & exequuntur iusta,  
etiamsi talia quandoque videau-  
tur, quæ imprudentiam redo-  
leant, nec propriæ dumtaxat  
voluntati, sed & rationi re-  
pugnant, innocentie studen-  
tes, & humilitati: omnia  
in bonam partem sumant, id  
enim sœpe Rector agit, ut  
subjectos comprobet. Alias  
Deus ipse hujusmodi permittit  
imperia, ut obedientiæ obstrui-  
eti,

di, ad religiosæ perfectionis incrementum evadant obsequentes, mansueti, simplices, propriis cupiditatibus mortui. Quavis moti causa detrahere Reditori fugiant, ne Deum in illo offenditum vindicem habeant. Contumaces vero, & detraetores deprehensi debita peccata plectentur; Fratres ad eum tanquam Patrem fidenter accedant, indigentiam aperiant, cordis arcana detegant, animi angustias, Diaboli tentationes, & adversantes cogitationes significent, certum habentes, quoties id sancte faciant, se uberem virtutis fructum, & opportunum a Deo subsidium relatuos, nec solatos modo, verum etiam pacatos, latosque discessurros. Id præcipue agant quando ab Apostolicis Missionibus, &c aliis christianæ charitatis extra domum impensis ministe-

112 *Regule & Const.*

nisteriis redeunt , ut facti rationem reddant , meritum au-  
geant , dubia dissolvant , & si  
quid minus rectum in Socio  
deprehenderint , mature pan-  
dant , ne malum præsenti re-  
medio careat , negle&tumque  
vires capiat . Caveant autem  
Superiores , ne hujusmodi gra-  
vioris momenti ministeria im-  
ponant Fratribus iracundis , bi-  
le tuimentibus , intemperanti-  
bus , aut quovis alio fœdatis  
vitio , cuius causa admiratio-  
nem , aut scandalum possint in-  
gerere . Deligetur etiam a Præ-  
posito Generali , vel Provin-  
ciali Magister præcipuus spiri-  
tualis vitæ , ut si quis inter du-  
bia , vel adversa animum suum  
aperire nolit Rectori , patefa-  
ciat Directori animæ . Divina  
sultus gratia Rector viribus to-  
tis enitatur , ut universæ Familiæ  
lux sit , & exemplum .

Se-

Sedulus Regulas impleat ; cu-  
retque diligenter , ut alii pari  
studio exequantur . Errantes ,  
negligentesque paternè , sua-  
viter , prudenter corrigat ; &  
admoneat ; culpas plectens di-  
scipline studio charitatem con-  
jungat , leviora remedia seve-  
rioribus anteponat , rigoremque  
nimium perpetuo fugiat , ut  
subjectis amabilior , quam ti-  
mendus in dies evadat . Hac  
via acceptus Fratribus , illos ,  
quo vult , facile ducet , tum  
etiam amorem , reverentiam ,  
& obedientiam exiget . Arbitrio  
benigne utatur , fortitudini , at-  
que constantiæ benignitate in-  
ficiet , utriq[ue] vero prudentia ,  
atque maturitas nunquam de-  
fint , quo facilius regularum , &  
Statutorum executionem obti-  
neat . Huic bono , quoniam  
commune examen , de quo ali-  
bi dictum est , condicit maxi-  
me ,

me, Rectoris erit illud frequen-  
tare , & si opus fuerit etiam  
quotidie per se , vel per alium  
instituere , a quo nulli Fratrum  
licebit abesse . Ea de causa  
Præpositi relinquitur arbitrio,  
id ipsum imperare quotidie Re-  
ctoribus universis . Bis tamen  
in hebdomada hoc examen fiet  
a Superiore , vel alio , quem  
ipse designaverit . In colloquiis  
particularibus , & secretis au-  
dita a Fratribus Rector inviola-  
bili celet silentio , nec quovis  
modo , aut indicio predat . Vir-  
tuti , & orationi sedulo incum-  
benti divinæ non deerunt do-  
ctrinæ lumina , quibus Fratres  
tuto , sapienterque ad christia-  
nam ducet perfectionem : Ei-  
dem tegendi secreti legi obstri-  
cti erunt Directores , Vicarii ,  
alique Congregationis Presides ,  
Superior Cellas sœpe visitet . Cu-  
ret autem præcipue , ut Fratres  
lai-

laici, non solum doctrina christiana, verum etiam Constitutionibus nostris, & regulari disciplina erudiantur.

C A P. XXXII.

*De Capitulo babendo Feria  
Sexta.*

**Q**ualibet feria sexta post Vesperas omnes Fratres conveniant in locum Capituli, invocatoque divino Spiritu quisque suas accuset culpas, sive defectus in Regulis, & Constitutiones admis-  
tos; mox Superior opportuna cuique tradet monita, & pro modo culpæ peccatas imponet. Deinde, exclusis Clericis, & Laicis, si opus fuerit, agetur a Sacerdotibus, & aliis facro Ordine insignitis, de proponen-  
dis rebus, sententiam suam quisque reverenter, ac demissio ani-

116 *Regulae & Const.*

animo apetiendo. Si quid Clerici, vel Laici noverint, quod Institutis Congregationis; & religiosæ disciplinæ adversetur, secreto Superiori denuncient, ut malum tempestive adimat, ne dissimulatum, atque præteritum in aliorum vergat perniciem; propterea semel saltem in mente eum in Cubiculo couenant, & si nihil denunciandum occurrat, opportuna monita exposcant. Rei cum charitate, & prudentia corripiantur, semel, & iterum res privata, & occulta, secreto transfigetur; at si maius patens fuerit, & manifestum, correctio publicè fiat in Capitulo, ea prudenter adhibendo remedia, que magis utilia, & opportuna censebuntur, auditio consilio Superioris Præsidis, & Seniorum.

CAP.

C A P. XXXIII.

*De ratione faciendi iter, &  
abstinentia a secularibus  
rebus,*

**N**ULLUS SINE CAUSA A SUPERIORI-  
RE PROBATA, NEC SINE SO-  
CIO, QUI EJUSDEM TRIBUETUR AR-  
BITRIO, DISCEDAT DOMO. ITER  
FACIANT, ERECTA PRO VIRIBUS IN  
DEUM MENTE, MODESTI, AC PE-  
DESTRES. SI NECESSITAS, AUT GRA-  
VIS CAUSA SUBSIT UTENDI EQUO, AUT  
ALIO COMMODO, HOC NONNISI CUM  
FACULTATE SUPERIORIS FIAT, CAUTE-  
TAMEN CONCEDENDA. ANTE DISCEP-  
TUM CUM FACULTATE BENEDICTIONE-  
M obtineant, que in regres-  
su pariter erit petenda. SI ITER  
LONGUM FUTURUM FIT, CADEM FA-  
CULTAS A PRÆPOSITO GENERALI, VEL  
PROVINCIALI OBTINENDA ERIT SCRIP-  
TO EXPRESSA, & SIGILLO MUNITA.  
IN VIA CUM MULIERIBUS NUM-  
QUAM,

quam , cum secularibus vero  
hominibus quoad fieri potest,  
neque socientur . Saltem per  
horę dimidium silentes incēdant,  
semp̄ autem caveant a multi-  
loquio , & loquantur fere de  
piis , utilibusque rebus , qua-  
magis , magisque in Deum in-  
flammant . Habitata ingressi lo-  
ca , opportunitate data Eccle-  
siam petant, ibique adorato Do-  
mino in Eucharistiæ Sacramen-  
to , agenda conficiant . Mox &  
suppetit tempus exercitationibus  
christianæ misericordiæ , & cha-  
ritatis ad Instituti p̄scriptum  
dabunt operam , nec permisum  
illis sit supervacuis visitationi-  
bus distrahi , secularibus offi-  
ciis , maxime , quæ mulierum  
inducunt consortia . Congruum  
tamen erit Præfides invitere ,  
si justa subsit causa eos conve-  
niendi , præsertim reverencie  
& charitatis , que interdum in  
alio-

aliorum quoque bonum diffunditur. Cæterum mores ultro differentes seculi pauperes potius ægrotantes invitant in domibus hospitalibus, & conjectos in carcerem. Utrosque salutaribus juvent monitis, & solentur, tum etiam ad recolenda Dominicæ passionis mysteria inflammat. Domus Dei reverentiam, & pro opportunitate promoveant. Comperta vero in illis absurdæ, mature, atque prudenter auferri studeant. Sine necessitate Consanguineorum donum non adeant, sed vere mortuis suis, & Mundo ostendant, unice Deo viventes. Si Benefactores, erunt aliquis Fratris Consanguinei, qui promiscue, & indiscriminatim nostros excipiunt hospitio, hoc ipso charitatis officio gaudere & ille poterit una cum aliis modeste, ac religiose se gerens perinde

rinde ac si in aliena versaretur domo . Nemo quovis praetextu se immisceat in conficiendis testamentis , contractibus , matrimoniis , aliisque negotiis secularibus . Licebit cuique , acedente Superioris permisso , egredi ad deambulandum circa domum religiosam levandi animi causa , vel aliquid facilius memorie mandandi , dummodo longius , quam par est , non excurrant , neque id agant , ut soluti silentio , liberius inter ipsos , vel cum exteris colloquantur .

## C A P. XXXIV.

*Methodus agendi exercitationes spirituales in loco , vel Urbe propinqua domui solitariae .*

**Q**uando domus solitaria sit aucta Fratribus , qui idonei censemur obeundis Apostolicis Missionibus , aliisque

que piis muneribus pro salute curanda Proximi poterit Superior aliquem ex Sacerdotibus, vel Clericis diligere, qui die festo in propinqua Loca digressus christianæ fidei doctrinam, aliisque pietatis officiis erudiatur vicinos Populos; promoteatque apud illos assiduam memoriam vivificæ passionis, & mortis Domini Nostri Iesu Christi; ita tamen Frater ipse imposito fungatur munere, ut ad vespera scilicet die dominum redire fastagat, ut bonum multiplex religiosæ solitudinis, quam Fratres elegerunt, ex Regulæ prescripto retineant, ceterisque confuetis Instituti operibus addicti, plus æquo non graventur. Diebus festis onus non suscipiant egrediendi præcise ad excipiendas Confessiones Sacramentales Christifidelium poenitentium in viciniis locis. Access-

122 Regule & Constitutio  
dentes tamen quovis tempore  
ad Ecclesiam nostram , ut sua  
peccata confiteantur per dele-  
ctos , atque probatos ad hoc  
ministerium Sacerdotes , qua-  
decer , charitate audiantur . In  
domibus vero profundioris soli-  
tudinis , atque Probationis , quo  
ad fieri poterit , mulierum  
Confessiones non excipiunt . Ne  
mo ex nostris propria Parocho-  
rum munera subeat , & si quan-  
doque gravis aliqua causa exe-  
gerit , impetranda erit facultu-  
s a Præposito Generali , vel Pro-  
vinciali , ut omnia rite , pru-  
denterque eveniant .

### C A P. XXXV.

*De operibus satisfactionis , &  
meritis obeundis in Con-  
gregatione .*

**P**reter jejunium præscriptum  
in Constitutionibus , si  
voluntaria verberatio corpori  
quæ-

qualibet feria quarta, sexta,  
& Sabatho, donec expleantur  
psalmi quinquagesimus, & cen-  
tesimus vigesimus nonus mæta,  
atque demissa voce recitati cum  
precibus consuetis, id autem  
non agatur a die Natali Domini  
Notri Jesu Christi usque ad  
octavam Epiphaniæ inclusive,  
neque octavis Paschatis Resur-  
rectionis Dominicæ, & Cor-  
poris Christi. A primo die  
Adventus Domini usque ad  
Natalem ejus, omnibusque  
diebus Quadragesimæ, erit vo-  
luntaria verberatio etiam feria  
secunda cujuslibet hebdomadæ;  
si in diem ipsum inciderit Fe-  
stum, transferatur. Penes Su-  
periorem erit eamdem Corporis  
afflictionem indicere Fratri-  
bus molestis Ecclesiæ, Congre-  
gationi, vel Populo temporibus,  
itemque præcipere religio-  
nis causa cum Novendiale ali-

124 *Regule & Const.*

cujus sacræ Celebritatis agitur,  
ad avertendum aliquod malum  
a Proximo , vel bonum a Deo  
ille impetrandum . Liberum  
sit cuique Fratrum ex peculiari  
virtutis studio illam frequenta-  
re accedente Superioris , vel  
spiritualis Ductoris permisum .  
Hoc autem deficiente , caveant  
universi , ne quid privato du-  
cti arbitrio agant sine merito  
obedientia , cui potissimum sunt  
obstricti , & quandoque etiam  
cum valetudinis dispendio , nul-  
lo bono disciplinæ , neque reli-  
giose Familij . Feria sexta  
quisque studeat aliquam Corpo-  
ris afflictionem ultro pati , ve  
virtutis exemplum edere in me-  
moriā Passionis , & mortis  
Domini , præcipue in Triclinio

C A P. XXXVI.

*De pœnis . & afflictionibus imponendis ob violationem  
Regularum , & Constitutionum .*

**P**œnæ illis imponendæ , qui suo deficientes debito , Regulas , & Constituta Congregationis violant , relinquuntur arbitrio , & prudentiæ Præsidum , qui pro modo ; & conditione culpæ uti illo debent , Personarum etiam respectu habito . In rebus gravibus , & momenti cogatur Capitulum , plectaturque reus pœna , quæ salutaris , & opportuna censetur , consulto Superiore Præside , in omnibus tamen christiana charitas locum sibi vindicet , & eniteat .

## C A P. XXXVII.

*De cura Fratrum Ægrotantium.*

**V**alentibus præcipue curæ  
sint Ægroti. His exæcta  
diligentia, & christiana chari-  
tate inserviant, nullumque  
corporale, aut spirituale reme-  
dium prætermittant, ut afflictis  
pro indigentia auxilientur, &  
prosint. Ægrotantes contra quid-  
quid tributum fuerit, demisse,  
libenterque suscipiant. Medico-  
rum, & Custodis Valetudinarii  
jussa hilari animo exequantur,  
facilesque, & obedientes se  
præbeant. Ædes, ubi cutantur,  
mundæ sint, ac probe instruæ,  
suppellex quamvis pauper, apta  
tamen, ac decens, & rite dis-  
posita. Sæpe numero Superior  
domus eos iuvat, cæterosque  
charitate, sollicitudine, & vi-  
gilantia antecellat, ne quid la-  
bo-

borantibus morbo remedii de-  
sit, vel solatii. Ægrotantium le-  
etus sit instructus straminea, &  
lanea culcitra, laneis cervica-  
libus commodis, & opertis te-  
la linea vulgari quidem, sed  
nitida. Si Medicus, vel Vale-  
tudinarii Præfectus tunicam ex-  
rationabili causa exuendam de-  
cernat, addantur lintea, & in-  
dusium. Mortui autem tunica  
indumentur. Gravi affecti morbo  
decumbentes nunquam soli re-  
linquantur, maxime noctis tem-  
pore. Illorum custodiæ destina-  
ti curam omnem adhibeant, ut  
corporalibus, & spiritualibus  
auxiliis tempestive juventur.  
Extremo laborantibus virium  
defectu exæctiori studio adsint;  
ubi animam quis agere cæperit,  
Fratres omnes in ægroti Cubicu-  
lum converiant, conjunctisque  
precibus illum Deo enixe com-  
mendent, ut pie, sancteque mor-  
tem obeat. F 4 CAP.

## C A P. XXXVIII.

*De agendis in obitu Fratrum ;  
& de Sacrificiis , & precibus  
pro illis , & Benefactoribus  
in Congregatione  
faciendis .*

CUM aliquis Sacerdos , Cle-  
ricus , vel Laicus e Con-  
gregatione vita discesserit , Re-  
ctor domus , ubi id accidet , cer-  
tiores faciat singulos ejus Pro-  
vinciæ Rectores , ut debitum  
Sacrificiis , & orationibus ejus  
Animam juvent . Hoc accepto  
nuntio mox in cuiusque Domus  
choro a congregatis Fratribus  
totum Defunctorum Officium  
recitabitur , atque divinum of-  
feretur Sacrificium . Præterea  
ab unoquoque ipsiusmet Pro-  
vinciæ Sacerdote tres Missæ ce-  
lebrabuntur . Fratres autem  
Clerici , itemque Laici quin-  
quies

quies SS. Eucharistia reficien-  
tur ; integrum Rosarium per-  
solvant : ac semel universi Re-  
ligiosi verberibus se affligerent  
pro illius animæ expiatione .  
Hortamur etiam universos Con-  
gregationis Fratres , ut quæ po-  
terunt opera pietatis pro mor-  
tuis impendere , & Sacras In-  
dulgentias ex more Catholicæ  
Ecclesiæ communicare , liben-  
ter faciant , certum habentes  
id nos permittente Deo ab aliis  
post mortem impetraturos , quod  
viventes pro Fratribus præsta-  
mus . Cadaver super nuda ta-  
bula humili posita collocabitur ,  
caput cinere aspersum proferet ,  
manibus Iesu Christi Crucis af-  
fixi imaginem ante pectus com-  
pleteatur , atque si Sacerdos fue-  
rit Stola collo imponetur , tum  
sepeliatur in loco destinato sec-  
undum Ritum S. Matris Eccle-  
sie . Præter orationes , &c alia

130 *Regulae & Cons.*

pia opera , quæ in Congrega-  
tione pro Fratribus , & Benefa-  
ctoribus vivis , & mortuis assi-  
due peraguntur , semel in men-  
se recitabitur Defunctorum Of-  
ficium , & Sacrificium pro de-  
functis Benefactoribus Deo of-  
feretur . Idem fiet pro Fratri-  
bus Congregationis nostræ . Re-  
gulari , atque Constitutiones præ-  
scriptæ letialis peccati Fratres  
reos non efficient , si non im-  
pleantur , dummodo ea in par-  
te non violentur , quæ arcta re-  
ligiosa vota attingunt . Nemo  
tamen in Congregatione sit ; qui  
eas ipsas exacte , fideliter , at-  
que integre non exequi studeat ,  
& pro facultate contendat : me-  
dia enim validissima , & oppor-  
tuna habentur ad christianam  
perfectionem in hoc vitæ statu ,  
quem delegerunt , asequendam .  
Omnès proinde sinceris , ac sim-  
plicibus oculis eas legant , hu-  
mili

*Cong. Cruc. Et Pass.* 111  
mili simul, ac simplici corde,  
implere studeant, privatim non  
interpretentur, ad examen non  
revocent, nec arbitrio expli-  
cent. Hæc facultas Capitulo  
dumtaxat generali totius Con-  
gregationis servatur integra,  
& extra id temporis Præposito  
Generali, suisque Consultori-  
bus. Universis, & singulis proin-  
de carissimis Filiis suis Congre-  
gatio Constitutionum studium,  
& obsequium enixe cominen-  
dat, ac veluti Mater unumquem-  
que adhortatur :: *Fili observa  
mandata mea, Et vives :: Reli-  
giofa siquidem cura, fidelique,  
ac puro corde impleta, tranquil-  
lam afferent vitam temporalem,  
& pariter æternam, quam Om-  
nipotens, & misericors Deus,  
cujus gloria per illa unice queri-  
tur, omnibus impetrat: Amen ::*  
Regulas simul, & monita clau-  
dent verba S. Bernardi Abbatis::

*E 6 Rogo*

132 Regulae & Conf.

Rogo vos Fratres , & multum  
obsecro , sic egite , & sic state  
in Domino dilectissimi , solliciti  
semper circa custodiam Ordinis ,  
ut Ordo vos custodiat :: Sic fiat  
Amen .



**Q**UÆ in nova hac Congre-  
 gationis Clericorum Ex-  
 calceatorum Crucis, &  
 Passionis Domini Nostri Iesu  
 Christi, Regularum, & Con-  
 stitutionum collectione, ejusdem  
 Congregationis Professoribus  
 servanda exhibentur: Mandato  
 Sanctissimi Domini Nostri Pii  
 Divina Providentia PP. VI. li-  
 bentissime parentes, serio per-  
 pendimus, singulaque eattuim.  
 Capita ad examen revocavimus  
 Cinqüe ab illis, quas primi-  
 tus Benedictus XIV. probavit,  
 & subinde Clemens itidem XIV.  
 in forma, quam vocant, spe-  
 cifica, confirmavit, non dislo-  
 næ fuerint comperta, sed juxta  
 facultatem eidem Congregatio-  
 ni a præfatis Summis Pontifici-  
 bus imperitam, in celebratio-  
 niper Generali Capitulo una-  
 nimiter aliqua levioris momen-  
 ti sublata, alia addita, que-  
 dayn

134

dam immutata , ac demum non-  
nulla circa easdem declarata  
fuerint , & digesta , atque usui  
magis aptata , ipsas Regulas  
commendatione nostra profe-  
quendas arbitramur , & cense-  
mus . Propterea Sanctissimum  
rogamus , ut Regulas , & Con-  
stitutiones easdem suprema ,  
qua pollet autoritate , ita con-  
firmare , & approbare , atque  
earum observantiam sancire  
non dedignetur , quod haec Re-  
gularium , & Constitutionum  
collectio a Cunctis ejusdem  
Congregationis Alumnis atten-  
di , & observari debeat .

C. Card. A Lanceis .

Loco  Sigilli .

F. X. Card. de Zelada .

Loco  Sigilli .

ELEN-

# ELENCHUS

**C**AP. I. *De fine Congregationis.* Pag. 5.

**C**ap. II. *De Locis, ubi fundande sunt Domus Congregationis.* p. 7.

**C**ap. III. *De forma, atque conditione Ecclesie, & Domus Recesus* p. 8.

**C**ap. IV. *De servandis antequam quis Congregationi adscribatur* p. 10.

**C**ap. V. *De Vestita Fratrum* p. 11.

**C**ap. VI. *De his, quae fieri debent, antequam Nost*

156

Novitii recipiantur p. 13.

**Cap. VII.** *De ritu vestiendi Fratres Congregacionis* p. 18.

**Cap. VIII.** *De electione, munere Magistri Novitiorum* p. 19.

**Cap. IX.** *De probationie Novitiorum* p. 28.

**Cap. X.** *De admittendis ad professionem Votorum simplicium* p. 29.

**Cap. XI.** *De ritu profitendi vota simplicia* p. 31.

**Cap. XII.** *De modo implendi vota, & primo de Obedientia* p. 33.

**Cap.**

**Cap. XIII.** *De Paupertate* p. 37.

**Cap. XIV.** *De paupertate ser-  
vanda in Ecclesiis,  
et Dmibus Con-  
gregationis* p. 44.

**Cap. XV.** *De Castitate* p. 47.

**Cap. XVI.** *De voto promovendi  
apud Christifideles  
religiosum culium,  
et gratam memo-  
riam Passienis, et  
mortis Domini No-  
stri Jesu Christi* p. 49.

**Cap. XVII.** *De servando in  
Congregatione ieju-  
nio* p. 53.

**Cap. XVIII.** *De ratione imple-  
di jejunii in Con-  
gregatione.* p. 54.

**Cap.**

138

**Cap. XIX.** *De aliis exercitatio-  
nibus spiritualibus  
Congregationis* p. 59.

**Cap. XX.** *De faciendis a Fra-  
tribus Laicis* p. 64.

**Cap. XXI.** *De Oratione* p. 66.

**Cap. XXII.** *De studio littera-  
rum* p. 69.

**Cap. XXIII.** *De ratione num-  
tiandi verbum divi-  
num, & præcipuis  
Sacerorum Conciona-  
torum partibus* p. 74.

**Cap. XXIV.** *De Methodo obeun-  
di Missiones Aposto-  
licas* p. 77.

**Cap. XXV.** *De silentio* p. 91.

**Cap.**

**Cap. XXVI.** *De relaxatione  
animi* p. 93.

**Cap. XXVII.** *De agendis in  
Triclinio* p. 96.

**Cap. XXVIII.** *De distributione  
munerum quolibet,  
die vesperi facienda  
a Superiori* p. 97.

**Cap. XXIX.** *De somno, & quiete  
nocturna* p. 98.

**Cap. XXX.** *De electione Preſi-  
dum Congregatio-  
nis* p. 100.

**Cap. XXXI.** *De Superioribus  
d morum particula-  
rium, corumque  
regimine.* p. 109.

**Cap. XXXII.** *De Capitulo ba-  
bendo*

bendo feria sexta  
p. 115.

**Cap. XXXIII.** *De ratione faciendi iter, & abstinentia a secularibus rebus* p. 117.

**Cap. XXXIV.** *Methodus agendi exercitationes spirituales in loco, vel urbe propinqua domui solitaria* p. 120.

**Cap. XXXV.** *De operibus satisfactionis, & meritis obrundis in Congregatione* p. 122.

**Cap. XXXVI.** *De paenit., & afflictionibus impudentiis ob violationem regularum, & Constitutionum*  
p. 125.  
**Cap.**

141

Cap. XXXVII. *De cura Fratrum Egrotantium* p. 126.

Cap. XXXVIII. *De agendis in obitu Fratrum, de Sacrificiis, precibus pro illis, Benefactoribus in Congregatione faciendis* p. 128.

FINIS.



848

IMPRIMATUR,


Si videbitur Reverendissimo Pa-  
tri Magistro Sac. Pal. Apost.


F. A. Marcucci ab I. C. Epi-  
scopus Monii Alti Vicesg.




IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Augustinus Ricchi-  
nius Ord. Præd. Sacri Palatii  
Apost. Mag.







S. MAR  
LAL

A

